59 Ans prae- ~~...~~ ndum erit inductione facta per omnes actus ad logicam primario, et per se pertinentes, qui constituunt illam ordinatam collectionem regularum, et praeceptorum, quas tradimus, et definivimus per esse scientiam dirigentem intellectum ad recte discurrendum: omnes ergo hi actus simpliciter practici sunt, quia omnes directivi sunt: igitur si aliquis actus talis sit, ut dirigere non possit saltem in sua ad cognitionem obiecti sui, quod erit, vel definitio, vel divisio, vel argumentatio, si aliquo modo ad logicam pertinet talis actus, non erit ~~tal~~ actus logicae primarius, et per se ad logicam spectans; omnis enim actus proprius, primarius, et per se ad logicam spectans est actus docens: regula, et praeceptum dirigens intellectum ad efficiendum modum sciendi discursus, tali ex solutione argumentorum quibus ad exparte stabilire conantur actus aliquos ad logicam pertinentes primario, et per se huiusmodi practici non sunt, sed mere speculative eos audiemus, post duas conclusiones et constabit eos audiverunt argumenta contra primam nostram solutionem dissolvimus.

Sectio 3. argumenta contra solutionem

SECTIO III.
Argumenta contra primam conclusionem.

60 Argumentum 1. communiter proponitur, et probatur ex illo prolixiori intellectus extensione fit practicus, ergo actus intellectus non est practicus, nisi se extendat ad regulandum actum alterius potentiae; sed nullus actus alterius potentiae regulatur ab actibus logicalibus: ergo actus logicalis non sunt practici. Assumptum, ... ante, circa quod magna lis est ventilata apud Philosophos nondum cernitur, quod quia intellectus

si extendat atque adeo fiat practicus sufficit quod non sistat in mera specificatione obiecti;
sed progrediatur ad opus; ad hoc autem non requiritur quod transeat ad regulandos
actus ulterius potentiae; cum actus ipsius intellectus possit per alios actus regulari ac
proinde fieri possunt ex directione cognitionis practicae. Confirmatur solutio: ut actus volun-
tatis sit imperans non requiritur quod extendatur ad actus alterius potentiae, cum possit
voluntas suos actus imperare; similiter ut actus intellectus sit practicus, non requiritur
ut quod extendatur ad actus alterius potentiae regulandos.

61 Explicatur paritas: licet volun-
tas expresse quod placeat in aliquo obiecto non dicatur extendi, at si voluntas sic ita amet ali-
quem ipsius actum, v.g. amorem Dei, ut amet illum conetur elicere tunc vere dicitur
extendi, quatenus non solum illum amet, sed ulterius tendat ad ipsius elicientiam: sic
intellectus praecise speculando suum obiectum non dicitur extendi, at si ulterius progrediatur
ad sui obiecti effectionem, dirigendo per suum actum ad effectionem obiecti ipsius actus,
dicetur etiam extendi. Dices, quod quando praecise speculando obiectum, v.g. cognitionem Di-
vinam, vel creatam iam existentem non dicatur extendi, extenditur tamen dum direc-
tive tendit in cognitionem non existentem, ut patet in dictamine prudentiae, et etiam
in voluntate, quae extendi dicitur, quando per aliquem suum actum imperat produc-
tionem alterius.

Argumentum 2° desumunt Thomistae ex Angelico praeceptore 1a 2ae 62
quaestione 57 articulo 1° ad 2um dicente, practicum quod distinguitur contra speculativum
sumitur ab opere exteriori, ad quod non habet ordinem habitus speculativus, sed tantum
habet ordinem ad opus interius intellectus, quod est speculari veritatem: ergo iuxta Divum
Thomam practicum debet esse operatio exterior, et longe, quae per se ordinatur ad ope-
rationem internam non erit practica. Respondeo ista verba in sensu Divi Thomae negan-
do suppositum 2ae in eiusdem doctoris sensu. Probatur: quia iuxta explicationem Caietani
opus exterius habitus in sensu Divi Thomae, est obiectum actuum, a quibus generatur
habitus, et opus interius est actus, quem habitus potest producere. Igitur

cum ut expl. habitus speculativus sit, et practicus operativus sit, et solum practicus appellatur operativus ut discriminis rationem assignet Divus Thomas docet, habitum practicum eam appellationem sortiri, quia producendo actus similes illis, a quibus generatus est, ~~infra~~ inclinat ad productionem obiecti attingit hoc obiectum est opus exterius habitus: habitum vero speculativum non dici operativum, quia non inclinat ad productionem obiecti actuum, sed solum producit actus similes illis, a quibus est generatus, et hi actus sunt opus interius habitus.

Hinc est, quod in sensu Divi Thomae idem actus intellectus possit esse respectu diversorum habituum opus interius, et exterius, v.g. actus fidei respectu habitus prudentiae est opus exterius, et respectu habitus fidei opus interius: sic etiam syllogismus in materia physica est operatio exterior, seu praxis respectu habitus logicae; et est operatio interior respectu habitus physicae: quia nimirum respectu habitus logicae est obiectum, quod mediis suis actibus, et est regulis logica habitualis respicit; respectu autem habitus physicae est actus, quem ipse habitus physicae producit, ex hoc autem [illegible] contra nos inferuntur: id instat Valencia: actus intellectus semper est speculatio: ergo nunquam est praxis. Respondeo antecedentem in bono sensu accepto: non contingit, idque ratione. actus intellectus, qui respectu sui obiecti est speculatio respectu cognitionis directivae est praxis ad modum quo actus voluntatis qui respectu sui obiecti est prosecutio illius respectu cognitionis directivae est praxis et ad modum quo actus fidei qui circa mysterium trinitatis est speculatio, respectu dictaminis prudentiae dictantis credendum esse mysteriis revelatis est praxis.

Nota

4 Dices contra veritatem huius propositionis, actus intellectus prout ab intellectu proveniens, et ratione sui est speculatio contra veritatem huius, actus intellectus prout elicitus ex directione cognitionis practicae est praxis. Instat iterum: ad rationem praxis non sufficit, quod opus fiat ex directione, sed requiritur, quod non sit speculatio: ergo actus intellectus nequit esse praxis. Probatur ant. primo: quia speculatio et praxis opponuntur: 2° quia illa metaphysica, licet formet syllogismos mentales non est practica, quia syllogismi mentales sunt speculatio, atque adeo non sunt praxes: 3° quia habitus practicus est prin-

actum agentem extra intellectum aliter nullus habitus esset non speculativus cum omnis habitus agat intra intellectum illos actus, ad quos dirigitur: et ad rationem praxis &c. Respondeo redeundo ad primam probationem de speculatione, et praxi non respicientibus tamen oppositionem non esse ipsa diversorum, ut jam diximus. addo praeterea loquendo non opponi speculationem, et praxim, sed praxim, et obiectum speculativum, aut potius rationem speculationem, et cognitionem practicam: unde actus intellectus, qui sit praxis non erit obiectum speculativum, et cognitio quae sit practica, non erit pura speculatio obiecti.

Ad 2 probationem nego assumptum: nam in primo syllogismi mentales non fiunt directive a metaphysica; sed a logica: deinde metaphysica non habet pro fine intrinseco, et attributionis syllogismos mentales, sed conceptum entis ut sic unde licet syllogismos illos efficiat non erit practica, sed speculativa; non quia syllogismi sint speculatio obiecti, sed quia metaphysica nullas cognitiones practicas habet ad efficiendum suum obiectum attributionis. Ad 3 probationem nego etiam assumptum, et absurdum illatum: discrimen enim utriusque habitus retulimus jam in responsione ad secundum argumentum, consistit quod in eo quod habitus practicus sit principium agendi directivum obiectum ad quod dirigit suo actuali dictamine et ita se habet habitus logicae ad actus intellectus artificiose in formam modi sciendi construendos: habitus autem speculativus non est principium agendi directivum obiectum, quod cognitio ejus clare contemplatur: et ita se habet habitus metaphysicae, quando elicitivus cognitionis circa ens ut sic quam ullam rationem ut sit principium agendi directivum ens ut sic. 65

Instabis 66

adhuc paritas ex dictamine prudentiae desumpta respectu actus fidei nulla est ad probandum, actus intellectus esse praxim, sed illi innititur doctrina de eo quod actus intellectus possit esse praxis: et. Probatur nam actus fidei non est ~~esse~~ praxis per se, et ratione sui; sed ut imperatus a prudentia,

sic autem importat actum voluntatis applicantis intellectum ad actum fidei: ergo Thomistas torquet paritas nostra: quia negare non possunt prudentiam esse habitum practicum: deinde concedere tenentur, dictamen prudentiae dictantis, credendum esse assensum mysteriis fidei esse cognitionem practicam: denique fateri debent, obiectum eiusmodi dictaminis speculativum intellectus, per assensus praedicatur: ex quibus omnibus efficax arguitur nostrum conformatur per obiectum illud absolute, simpliciter, et stricte praxis, quod obiectum cognitionis absolute simpliciter, et stricte practicae; sed assensus ille fidei, seu actus intellectus, est obiectum cognitionis absolute, simpliciter, et stricte practicae, illius scilicet dictaminis prudentiae, ergo.

6) Hic observanda sunt, quae Thomistae dixerint, ut defendant prudentiam esse practicam [illegible] facile ad legem applicatis concluditur legem non minus esse practicam quam prudentiam, idem absolute simpliciter, et stricte. Respondeo iam ad instantiam, negando maiorem: ad probationem non sequitur: quia non actus voluntatis, sed actus ipse fidei est obiectum directe attactum per dictamen practicum prudentiae, praxis autem est obiectum directe attactum per cognitionem practicam: unde assensus ille fidei per se, et necessario est praxis: rursus dictamen illud directe dictat, eliciendum esse actum fidei, non autem dictat directe eliciendum actum imperantem voluntatis: ergo praxis primo et stricte consistit in assensu fidei, non vero actu voluntatis. Denique [illegible] opus exteriorum non alterius imperatur nisi in vi actus voluntatis imperantis, non tamen eiusmodi opus non esse stricte praxim: ergo quod actus fidei non ponatur nisi in vi actus imperantis, non probabit non esse stricte praxim. Deficientia tenet a paritate, et antecedens negari non debet a Thomistis.

64 Ratio a priori tertius doctrina est: quia applicatio, seu conditio ut actus sit, neque constituit causam productivam in esse talis, neque actum in esse talis; sed actus ille imperans concurrit solum ut conditio seu ut applicatio, ut actus fidei eliciatur: ergo eiusmodi actus imperans neque constituit tale dictamen in esse practicum, neque actum fidei in esse praxis: ergo sicut dictamen [illegible] praecedens

l. et rationem, qua est practica, ita actus bibliti praxis erit secundario; sed ratione [illegible] sine reduplicatio hac, actus bibliti ut imperatus est praxis, [illegible] dicimbat imperium esse [illegible] actionem, ut executioni mandabitur actus ille, qui secundum se operabilis, et tractabilis est ex directione prudentiae.

Argumentum 3° Scotistae: solus actus 69
voluntatis est primario praxis: ergo non actus intellectus qui longe non est practica. Probatur antecedens: praxis primario talis est operatio quae sequitur ad cognitionem regulativam; sed solus actus voluntatis primo sequitur ad eiusmodi cognitionem, et secundo sequuntur quicumque alii actus regulati: ergo solus actus voluntatis est primario praxis. Praxis est operatio quae pendet a voluntate; sed hae dependentia primario spectat actum voluntatis imperantis, et secundario actibus imperatis. Similiter forma practica posita practicam voluntatis ex iis intendentis finem primario, et principaliter intendentium secundario actum, et minus principaliter finem; secundum ad actum intendentem finem primo sequitur electio mediorum, primo quae pendet ab eadem actione, quae finis; qui secundo sequitur, secundario quae pendet ab illo actu. Respondebunt finem primario talem esse illud, quod est prius in intentione, licet posterius sit in executione, ut fert commune proloquium; sed [illegible] praxim primario talem esse actum artificiosum, qui primo, et per se intenditur a cognitione practica, licet ipse actus executioni non mandetur, nisi praecedat actus voluntatis.

[illegible] primario intenditur ab actu hoc, definitio debet esse 70
[illegible], [illegible] actus voluntatis, in quem rectitudo artificialis ab illo actu praescripta cadere non potest, sed actu intellectus [illegible] capax est eiusmodi rectitudinis; unde licet secundo sequatur secundario quae dependeat in executione, primario tamen est praxis regulata per eam cognitionem directivam; hinc constat [illegible] ad regulam, et ad [illegible] [illegible]. Nota quod definitionem [illegible] praxis primario talis [illegible] [illegible] [illegible] esse [illegible], [illegible] [illegible] regulatur per cognitionem directivam; [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible].

competat actui intellectus comparative ad cognitionem hanc, definitio debet esse de actus intellectus, et non voluntatis, primario praxis exit. Nota secundo rectitudinem hanc artificialem, cujus capaces sunt actus intellectus, sufficientem esse, ut rigorose praxes sint tales actus; non autem requiritur rectitudo in genere moris, ut Scotiste volunt.

71 Argues 1°: habitus logicae perficit intellectum ut speculativum; sed habitus perficiens intellectum ut speculativum non est practicus: ergo habitus logicae non est practicus. Major constat: nam habitus logicae perficit intellectum ut inquisitivum veritatis: ergo ut speculativum. Probatur: intellectus est practicus in quantum respicit verum ut bonum; et est speculativus in quantum respicit verum ut verum; sed logica perficit intellectum in quantum respicit verum, ut verum, non autem in quantum respicit verum ut bonum: ergo. Respondeo negando majorem argumenti, cujus probatio sic distinguenda est: logica respicit intellectum ut inquisitivum, et operativum veritatis artificiose, ideo ut sunt elicitivum veritatis cujuslibet, non probo majorem. Ad probationem distinguo majorem: intellectus est practicus in quantum respicit verum ut bonum ~~[illegible]~~ bonitate morali, vel artificiali, ideo majorem; bonitate praecise morali non majorem. Similiter et distinctio minoris non contraria constat solutio ex dictis: intellectus enim dirigitur a logica ad modos sciendi artificiosos, proinde est finis proximus et attributionis obiectum non est qualibet veritas. Insuper in his modis sciendi relucet bonitas, seu rectitudo artificialis, quam respiciens, et directive causans practicus est intellectus non minus quam respiciens bonitatem moralem, dirigensque. Ex actus, sunt determinare prudentiam ad actus ~~[illegible]~~ rectos, et honestos.

Arguens [illegible]

72 excludere a ratione scientiae practicae partem analyticam logicae: omnis modus sciendi demonstrativus immediate probatur a suis causis naturalibus necessario agentibus, ac proinde nullo modo pendere potest a voluntate, neque a logica regulari; sed quod a causis necessariis, et naturalibus ita fit nequit esse praxis logicae: ergo. Probatur major: quod actus intellectus sit potius clarus, quam obscurus; [illegible]

quam particularis, afirmativa quam negativa, quod exprimat genus et differen-
tiam potius quam alia praedicata, non est in potestate voluntatis, sed sequitur
necessario ex suis causis naturalibus videlicet ex tali, vel tali aprehensione, et
speciebus talis obiecti. Praeterea quod praemissae sint prima principia et conclu-
sio sit recta non pendet a voluntate. 2 Confirmatur ideo nutritio non est prae-
xis ipsius huius cognitionis. Dicendum est hoc dumtaxat ad veram neg-
ationem sufficere; hoc non potest alterari praxi: quam eo modo quo fit se prima prae- 3
xis quidlibet modus sciendi demonstrativus pertineat effective a suis causis natura-
libus, potest adhuc regulari a logica pendere ex voluntate: habitus enim per cognitionem eru-
ditam praedicatis hominis intellectus ex directione logicae et ex imperio voluntatis potest eligere
re praedicata primaria, genus scilicet, et differentiam, et haec actu tradit ad earum
ad aliorum divisionem, hominis alia pars est animal, alia rationalis, et habere definitionem etiam ex vi-
delicet, a regulis logicae pendeat: et etiam si cognitiones illae a causis suis naturalibus
pendeat effective et praeterierint, possunt adhuc a logica dirigi, et regulari, atque
subiici ex imperio voluntatis praecipientis talem dispositionem praedicatorum potius
quam divisionis, aut e contra insuper ratione directionis logicae et imperii vo-
luntatis aplicatur saepe intellectus ad inquirenda haec, vel illa principia ex quibus
evidentia unde conclusiones, quam praxis intendit, evidenter deducat. quam dis
igitur dicimus quod habitus praemissis evidentibus necessario se-
quatur conclusio tamen cum eas inquirere et disponere ad logicam spe-
re ductio spectet, ad logicam consequenter spectat ipsam demonstrationem conficere.

Ad maioris probationem distinguo ante: quod actus intellectus sit in se et quoad
suam essentiam potius clarus quam obscurus non est in potestate voluntatis &c,
concedo: quoad essentiam rerum, ut tales sint, ab alio non pendent. Quod actus intel-
lectus in intellectu, ideo quod existat clarior potius quam obscurus non est in potesta-
te voluntatis &c, nego ante, sub distinctio. Et consequentiam nego etiam ante 4

nam rao, propter quam nutritio non est ipsa et practica praxis in respectu illius dictaminis, quod quae assignatum, sed quia non potest nutritio esse sufficienter ratio, et in specie aut dictaminis illius, nec nutritio obiectum actus alimenta praescribentis, quod patet in recte et plene illam cognitionem praeceptivam sequitur potentia subordinata, si electionem, si volunt faciat, et fines applicet, etiam si nutritio non vere fiat: ergo nutritio non est obiectum talis cognitionis praeceptivae operatur: obiectum imperatum per actum praescribentem electionem mediorum ad finem non est executio ipsa finis, sed electio mediorum; at qui actus illi et similes praescribentes electionem sive bene praescribunt electionem mediorum ad bonam nutritionem tanquam ad finem: ergo nutritio, quae est finis electionis, non est obiectum imperatum et quia sic est obiectum cognitionis directivae non est practica praxis respectu illius: ergo solum est sola actio electiva, et applicativa alimenti sit practica, et in se praxis, quia talis actio est obiectum dictaminis, et potentia diligens est subdita rationi.

Sectio Quarta

Argumenta contra Secundam solutionem

75 Argues secundo ex habere Aquilam logica habet plures actus speculativos in ordine contemplationem obiecti quod est adaequate practica. Probatur antecedens: hi actus definitio, et praecedit [illegible] divisio solvit objectiones: demonstratio generat scientiam et similes: sunt actus logici: sed [illegible] in mera contemplatione obiecti non enim proponunt modum, quo obiectum efficere possit. 2º confirmatur: hi actus non sunt practici, intellectio constituit in quale ratione speculativis et praefatum semper obiecti: quia licet determinentur ad obiecta operationem intellectus explicant tamen ipse illorum essentiam, sed ita se habent enumerati actus circa definitionem, divisionem, et argumentationem: ergo Ad hoc et similium omnium inferiorum solutiones producit hoc dilemma, quo utitur

pater Oviedus, vel ejusmodi actus influunt ad operationes intellectus artificiose dirigendas, vel non: si primum, erunt practici, atque adeo non sistent in mera speculatione obiecti: si secundum non erunt actus logici: siquidem logica solum agit de operationibus intellectus ut artificiose dirigendis, et de ipsarum directione praecise ut proveniente ab ipsamet logica per notatur.

Respondendo ans. Ad probationem ostensam maiorem, non minorem, distinguo quod probationem adiunctam: non proponunt in particulari modum, quo obiectum efficere potest concedo; non proponunt in communi, nego probationem, et contrariam; igitur illi actus taliter proponunt sua obiecta ut maxime intellectum subsit ad modos sciendi conficiendos: hoc actu v.g. definitio explicat essentiam rei, dirigitur intellectus ad eligenda essentialia obiecti praedicata, quae per definitionem explentur: similiter hoc actu divisio tollit confusionem, dirigitur ad efformandam divisionem, quae totum distribuat in partes facile oppositas, et enumerabiles: hoc demum actu demonstratio generat scientiam, dirigitur ad disponendum talibus praemissas, ut scibile evidenter inferatur, nec obstat quod ejusmodi actus non proponat in particulari, sed in communi modum, quo illa omnia efficienda sunt: aliter hic actus ad moralem philosophiam spectans, omnis operatio humana honesta debet esse, non esset practicus, cum non in particulari, sed in communi proponat modum, quo operationes humanae [illegible] sunt. 76

Ad probationem ostensam maiorem non minorem: licet enim enumerati actus praecise explicent modi sciendi essentiam, simul, et dirigunt ad modum sciendi efficiendum, cujus essentiam explicant: illi vero actus, intellectus consistit in qualitate et taliter explicant essentiam suorum obiectorum, ut nullo modo ad illorum effectionem dirigere possint. Hac manifesta disparitate, quam notare debuerat pater Aguilar apud patrem Hurtado, apud quem eadem modi sciendi cognitio et regula, qua ratione se tenderet: regula enim est cognitio, quae dirigit potentiam ad opus, et nulla ratione potentia dirigitur ab [illegible] nisi per cognitionem [illegible] insuper [illegible] examinandum definitionis rectitudinem apte comparatur ad cognitionem [illegible], definitio explicat rei: quis aut 77

examinet modi sciendi rectitudinem ad cognitionem aliquam, quae modi sciendi regula non sit hinc contra patrem Aguilar insurgit argumentum: quia si aliquos actus non practicos logica haberet, maxime quos nobis obiicit, sed tales actus practici sunt: ergo. Minor probatur, quia tales actus sunt actus logicae docentis; actus autem logicae docentis practici sunt, etiam iuxta ipsum Aguilar, qui logicam docentem esse adaequate practicam defendit, ergo.

78. Arguitur 2. actus, qui versantur circa modum sciendi iam factum pertinent ad logicam: hi v.g. syllogismus iste formatus est in darii, dispositio haec recta est; sed hi actus, et similes non sunt practici: ergo ad logicam pertinent actus non practici: ergo maior: quia ad nullam aliam facultatem possunt hi modi reduci actus illi quam ad logicam. Minor autem ratio est, quia cum eiusmodi actus supponant existentiam sui obiecti, nequeunt esse practici. Hoc argumento utitur etiam pater Pernado, et fere omnes, qui logicam esse partim, aut secundum quid speculativam, defendunt. et argumentum potest [illegible]: quia logica dirigit opus, seu ob operare non [illegible]; sed haec directio non fit per actus practicos, sed per actus, quibus opus iam factum examinatur: ergo. Secundo [illegible] regendum [illegible] practicus logicam esse [illegible] sed eiusmodi non [illegible] per actus non practicos: ergo.

79. Respondeo distinguendo maiorem: actus, qui versantur circa modum sciendi iam factum pertinent formaliter ad logicam, nego maiorem; pertinent fundamentaliter ad logicam, concedo maiorem. Ad probationem dico, eiusmodi actus commode reduci posse, et pertinere ad scientiam experimentalem, quae sequitur ad directionem logicae per commune est omnibus artibus etiam vere pure practicis habentibus: judicium enim, quo artifex approbat, vel reprobat opus iam factum, quod speculativum non pertinet formaliter, sed tantum fundamentaliter ad artem, non pertinet formaliter, quia eiusmodi actus non pertinent ad illam collectionem actuum, quae perfecta scientia directiva refinitur; cum eiusmodi actus directivi non sint fundamentaliter pertinent: quia logica praebet fundamentum, ut opus factum comparetur ad ipsius regulas, ut operis rectitudo aut

rectitudo deprehendatur.

Ad primam urgentiam respondeo distinguendo maiorem: logica di- 80
cernit expresse, et directe opus suum ab opere non suo, concedo: discernit signate, et reflexe
non maiorem minorem etiam distinguo, sed haec discretio signata scilicet, et reflexa fit per
actus non practicos, concedo directa, et exercita, non minorem vel tu prosilis quod logica dirigat
intellectum per actus praescribentes operis rectitudinem directive influit in opus rectum,
sicque exercite discernit opus suum ab opere non suo: non autem discernit ~~signate~~ reflexe et signa-
te, quia eiusmodi reflexa discretio non pertinet formaliter ad logicam; sed ad scientiam exper-
imentalem, qua scitur, et approbat rectitudinem operis, hinc ad secundam urgentiam
distinguo minorem; sed eiusmodi ratio redditur per actus non practicos, qui formaliter pertinent
ad logicam, non minorem: qui fundamentaliter pertinent ad logicam, concedo minorem.

Logica, sicut 81
sicut quilibet artifex perfectus licet reddatur rationem rectitudinis operis rectitudinem
tamen actus speculativi per quos rationem reddat, non pertinent formaliter ad logicam, per-
tinent tamen fundamentaliter ad ipsam actus practicos per quos rationem reddat: exempli gratia,
ad reddendam rationem rectitudinis huius definitionis animal rationale discursu hoc utimur:
omnis definitio, quae fit clarior definito, quae omni, et soli definito convenit, quae explicat
rem recta; sic se habet praedicta definitio: ergo recta est; nam huius discursus actus prac-
tici pertinens formaliter ad logicam, minor et consequentia actus sunt speculativi, sed
qui non pertinent formaliter ad logicam. Discrimen logicae, et logici ut talis respectu
pictoris, v.g. quod logicus circa rationem rectitudinis operis sui reddere invet comparando illud ad
regulas demonstratas, et certas, scientificas: artifex vero mecanicus licet rationem reddat
operis illud comparando ad regulas, sed non ad regulas demonstratas, et scientificas, ideoque
logica scientia est, et scientiae non sunt artes mecanicae.

Arguunt ex doctis ingeniosi PP. Rte: ad logicam 82
pertinet non solum tradere regulas pro recta argumentatione, sed etiam demonstrare tales regulas
certas esse; sed actus per quos ostendit tales regulas certas esse non sunt practici: ergo logica

habet actus non practicos. Maior est vera, supponit; maior autem ex eo probat quod logica pertineat tradere suas regulas scientifice, atque adeo demonstrare illas esse veras. Respondeo esse maior, distinguendo minorem; sed actus reliquarum scientiarum communes, per quos ostendit, tales regulas veras esse non sunt practici, concedo minorem: actus proprii et particulares ipsius logicae non sunt practici, nego minorem, et consequentiam. Ratio est: cum omnis scientia debeat esse ex primis communibus, et indemonstrabilibus principiis, necesse est logicam uti his principiis ad demonstrandas suas regulas; ista autem principia non sunt actus practici: at vero actus proprii, et particulares, quibus logica suas regulas demonstrat, practici sunt: exemplum sit hac demonstratio; omnis explicatio est clarior explicato; sed definitio est explicatio definiti: ergo definitio debet esse clarior definito: In hac demonstratione maior est principium commune, et actus non practicus; minor et consequens sunt actus proprii logicae, et practici. Similiter discurrit in aliis demonstrationibus, quas logica faciat.

83 Instat: actus iste definitio est clarior definito, et similes ex sua intrinseca tendentia non praescribunt modum, quo obtinetur faciendum, ergo non sunt formaliter practici. Probatur primo: actus iste

triangulus constat tribus angulis [illegible] sua intrinseca tendentia non [illegible] practicus, et [illegible] obtinebit hunc, triangulus faciendus est cum tribus angulis: ergo similiter dicendum est in pluribus actibus logicis, qui tantum practici [illegible] sunt [illegible] [illegible] actibus practicis [illegible]: actus [illegible] logicus constat tribus [illegible], non magis [illegible] cognitionem angeli, sua cognitione hominis [illegible] tales cognitiones non habent [illegible] [illegible] tendentiam; sed cognitio angelica speculativa est et cognitio hominis. Secundo: tales actus [illegible] intrinsecam tendentiam [illegible], quod syllogismus [illegible] syllogismus [illegible] non [illegible] eandem intrinsecam tendentiam [illegible] [illegible] actus non [illegible] practici

[illegible]

ctus actus enim exhibere practo ut bli non est, per accidens tra
[illegible] obti.

[illegible] tangit quod questionem hanc fere vocalem videtur [illegible] 84
enim [illegible] prescribitur, quidnam sit, actum praescribere modum, quo obtum
faciendum sit, ut practus dicatur, simulque cum adversariis recurras ad impera-
tivum modum, vel ad alias expressiones quasi praeceptivas, [illegible] verbis [illegible]
[illegible] [illegible], seu [illegible] ab adversariis habentur cum
tamen quod [illegible] directivam esse [illegible] [illegible] vel potius ~~[illegible]~~
identica sint tendentia: omnium illarum cognitionum: insuper cum [illegible] theo-
logicae ut jam notavimus, [illegible] habebat [illegible] simplicis intelligentiae,
et melius [illegible] esse non recurrendo ad similes expressiones, quas imper-
ceptivas sed ac [illegible] sua [illegible] in [illegible]: et ad hanc recurren-
dum erit ut cognoscamus an practus, vel [illegible] actus aliquis,
[illegible] cognitio [illegible] sit: cum [illegible] [illegible] ad formandam definitionem
[illegible], definitio est clarior suo definito, atque definitio debet esse, vel [illegible]-
endo clarior suo definito, [illegible] practus erit utrumque [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] explebus.

[illegible] 85
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] proponit [illegible] clariorem et illa [illegible] intrinseca
[illegible] modum [illegible] definitio, ad primam [illegible]-
nem non [illegible] actus enim [illegible] constat [illegible] intrin-
ca tendentia [illegible] proponit obtum ut [illegible] [illegible] ad
illius [illegible]: est practus: [illegible] [illegible] proprius sit
[illegible] hac [illegible] plures [illegible] practos, ut [illegible] Patrem
[illegible] Patet Clavius inter mathematicos [illegible]
[illegible] ad 2 [illegible] primam partem, illam [illegible]

2°: ñ habet diversum modum tendendi et habent ordinem ad diversa principia ergo: et habent ordinem ad eundem principium ño manent; et ista minor ño sentia.

86 Cognitio practica formaliter est talis ñ solum constituitur per determinatum tendendi modum sed per ordinem ad principium operativum seu objectum; dico ergo licet cognitio Angelica et humana habeant eundem tendendi modum sive objectum operabile, humana est practica per hunc ordinem ad principium operativum ñ autem angelica ejusmodi ordine carens hoc sensu debet esse, vel dicant adversarii, cum cognitio qua Angelus cognoscit modum quo facipdus ... ñ sit practica practica vero et humana modum illum cognoscit ... vero adversarii ... ... comparative ad Angelum, et hominem, dico hoc ... constat 3 tamen operata ad Angelum, et ... Ad 3 confirmationem ño anima, cujus practio ... factitile ... adhuc manent intrinseca tendentia hujus adeo apud adversarios practica, ... constare debet 3 tamen ... cum, si ablata ... objecti, ... etiam ... conexionis ñ ... constitutionis ... cognitionis practicae ... ab ... actu ... similiter ñ dicam de actu ... objecto quod ñ ... constitutionis, ... conexionis ... ... cognitionis practicae.

87 Cum hoc tamen stat quod ñ sit ... factibilibus objectum illi ... secundum suam intrinsecam tendentiam; nam ex modo intrinseco tendendi ... et ... potest ... ... ad ... objecti ... unde ñ illi ... quod ... sit factibile ... quod principium sit operativum; hoc ... per accidens erit cognitioni ex suo modo ~~tendendi~~ tendendi–

intrinseco ā potentiâ dirigere humi vz, silogismus est perfectior intellectus humani nota hic cum pater ipsius cognitione practica in esse talis absolute constitui formaliter per producibilitatem obiecti factibilis, et per virtutem productivam principii productivi. Ratio est: quia ex eo cognitio est practica, quod ex vi essentiae suae ad operationem manarae, et quia ex directione ipsius principii potest efficere obiectum cognitum: unde ā factibilitate obiecti, et ā virtute productiva principii cognitio denominatur practica, et quia haec denominatio non est à causa extrinseca cognitionis. Stante vero ratione cognitionis practicae, et manente ipsa in modo extendi non multum contendam, quin ipsi illam cognitionem practicam esse quae taliter respicit obiectum, ut possit dirigere ad illius effectionem, sive obiectum factibile sit, sive subiectum in quod, sive subiectum operativum sit, hoc nobis sufficit.

Ad secundum dico. 88

retentionem nihil: ad logicam primo pertinent regulae de constructione syllogismorum, et dispositione modorum, et ipsa primario terminantur ad speculandum illos modos, et ideo regulae primario ad logicam pertinentes sunt. Ars probatur: nam ipsi primario ordinantur ad demonstrandum errorem falsae negare contraria [illegible] prioris: ergo. Respondeo confirmare nam dominum: ad probationem distinguo: ars: primario [illegible] primario ordinantur ad finem extrinsecum ad [illegible] [illegible] finem intrinsecum non ars, et contrariam sensus est: ipsae quae regulae inventae, et dispositae sunt ab hominibus ad demonstrandum errorem falsae negare contrariam prioris silogismi: hic finis extrinsecus ad quem opportunam inventorum, et illis ulterius intentione ordinantur, est ipse modi demonstratio: at finis intrinsecus est quem principaliter respiciunt regulae abiguntur, et taliter opponuntur est nobis logicam [illegible] 2 [illegible] curet de rectitudine dationis silogismi, sed de modo, quo rectus silogismus ex talibus determinatis propositionibus conficiendus sit.

Instat: bene [illegible] 89

[illegible] pertinet ad logicam, sed eiusmodi pars non est practica; per se enim ordinatur ad cognoscendam falaciam silogismorum: ergo. Respondeo poteram cum Divo Thoma,

partem sophisticam practicam esse ... eam, ut inquit Sanctus Doctor, tradit per necessarias, et demonstratas rationes modum arguendi apparenter: unde juxta Sanctum doctorem non ordinatur hujusmodi pars logicae ad dirigendos syllogismorum fallacias, sed ad formandas argumentationes apparentes: possent etiam dicere regulas sophisticae esse regulas logicae analyticae: sicut eadem sunt regula analytica, et topica: unde sicut eisdem regulis utitur rectitudo syllogismi probabilis, et syllogismi evidentis; ita eisdem regulis, quibus syllogismi recti fiunt, fallaciis argumentationis vitia deteguntur; sed regulae, quibus syllogismi recti fiunt sunt ... et illae quibus fallaciae syllogismorum detegunter, sed his omissis,

90 Respondeo neganda majori, neganda minori, et probatione, ad quam ratio est: quia regulae logicae sophisticae sunt hae, et similes: ex puris particularibus nihil infertur: syllogismus constans 4 terminis non concludit &c; hae autem regulae ordinantur per se ad dirigendum intellectum, ne in efficiendis argumentationibus erret; ob id ergo sunt practicae, et pote directivae; deserviunt tamen ad detegendas syllogismorum fallacias, sicut deserviunt actus logicae analyticae ad prandam? justae argumentationis rectitudinem. Adde, hujusmodi actus, et similes reduci ad logicam natura praecipientem, ... dum, et non re differunt ab istis: syllogismus non est formandus ex puris particularibus: syllogismus non est conficiendus cum 4 terminis: dicemus autem suo loco regulas logicae negative praecipientes recipere positivam rectitudinem indicandam in actibus: unde ... ... gativè infertur.

91 Sapienter tandem ut aliquid dicamus circa specialem opinionem ingeniosi illius recentioris cujus mentionem fecimus dum sententias enumeraverimus. Afferit igitur logicam simul practicam esse, et simul speculativam adequatè; quia minimum ostirae? conjunctim judicant eundem habitum, eundem intellectum, eundem scilicet actum simul esse practicum, et speculativum talem scilicet esse habitum logicae docentis, tales scilicet omnes, et singulos actus locales: quia minimum omnes scientifici sunt, et directivi: ergo practici simul, et speculativi, speculativi quia scientifici sunt, et scientias practici vero,

[illegible] diversi sunt, et ergo oportet consequenter dictionem scientiae in speculativam, et practicam non esse per differentias oppositas, et se excludentes, sed per contractas, et differentias ob [illegible] compatibiles, et identificabiles in eadem indivisibili entitate: sicut differentia [illegible] in communi, et bonum in communi &c. Plures, et graves Doctores ad suam opinionem adducere conatur.

Sed cum 92
omnes [illegible] fateamur multa arbitraria [illegible] de voce [illegible] et hac [illegible] perfectam pro cognitione speculativa, et practica [illegible], rem tanto [illegible] non dignam judico; [illegible] nostrae sententiae defensores libenter [illegible], cognitiones practicas [illegible] aliqua speculatione [illegible] tas esse, sunt [illegible] cognitiones, et cognitiones scientificae cognoscere [illegible], et practicae scientificae cognoscere ac speculari: pro eodem [illegible] a Doctoribus [illegible] hoc contentus sit [illegible] hoc [illegible] asserit, [illegible] scilicet [illegible] auctores asserentes [illegible] esse pure practicam [illegible] sensus [illegible] sensus oppositus opinionum [illegible] [illegible] asserentium esse pure speculativam [illegible] practicam, et speculativam non [illegible] rationes oppositae, et se excludentes in [illegible], in quo accipi possunt; tamen in [illegible], et peculiari [illegible] quaestionis possunt esse, et sunt [illegible] opposita.

Modo sic: sensus, in quo asserunt Doctores nostri cognitiones 93
[illegible] practicas esse [illegible] sensus, in quo practicum accipitur pro pure practico, et opposito speculativo: constat propositio haec ex nostra explicatione pro cognitione practica, et speculativa discernenda, quae ut ex [illegible] dictis constat fundatur in [illegible] sensus aliquis datur in [illegible] cognitio aliqua practica [illegible] et speculativa simul [illegible] et [illegible] sensu accipitur in praesentiarum, dicendum tandem erit [illegible] esse [illegible] practicam.

Caput 3 de [illegible] [illegible] [illegible]

CAPVT III.

De proprietatibus Logicæ.

SECTIO I.

An et quomodo logica sit una.

94 ~~Uni~~ Unitas potest esse simplicitatis seu indivisibilitatis in partes; ~~nunc~~ talis est unitas hujus conspectus: aut realis, qua est unius realiter, et indivisibilitatis in partes reales: potest etiam esse unitas physica compositionis; qualis est unitas compositi humani: potest denique esse unitas moralis, in cujus plura, quæ physice non uniuntur inter se ad unum finem ordinantur, hujusmodi est unitas senatus, exercitus, aut collegii. Hoc supposito, nota 1 logicam actualem non esse unam, neque primo neque secundo modo unitatis, ~~...~~ ex relatis, sed solum 3º modo: quia fatentur apud omnes est eam constare pluribus actibus, sive realis physice inter se non unitis; ordinatis vero ad unum finem, ad idem scientiæ attributionis: obtinet hinc notandum est secundo præsentem difficultatem procedere solum de logica habituali, circa quam 1 sententiam suam acriter defendunt Thomistæ logicæ attribuunt 1 unitatem docens logicam esse simplicem, et indivisibilem qualitatem in partes realiter distinctas. secunda sententia prodeunt [illegible] ut Lorca et pater Ruvius secunda, unitatem logicæ attribuit. 3ª, pro qua stant Scotistæ cum doctore subtili, et communiter nostri cum eximio logicæ habituali 3 ~~non~~ unitatem tantum concedit.

Cum his doctoribus sit nostra

95 solutio præcipue contra Thomistas: logica habitualis non est una unitate simplicitatis sive non est una, et indivisibilis qualitas. Probatur solutio: logica habitualis est habitus definiendi, dividendi, et argumentandi recte; sed habitus definiendi, dividendi, et argumentandi recte non est unius unitate simplicitatis: ergo logica habitualis non est una, et indivisibilis qualitas. Major, in qua est: minor: habitus definiendi realiter distinguitur ab habitu dividendi, sicut hic ab habitu argumentandi

q habitus definiendi, dividendi, et arguendi sicut non est unus simplex, et indivisibilis
ut Qualitas constat contra hoc: quia, si unus habitus definiendi v.g. distinguitur ab
alio habitu dividendi scilicet, et argumentandi non est unus, sed plures habitus existunt.
Probatur q. ans habitus definiendi, separabilis est ab habitu dividendi: q distinguitur realiter ab
illo etiam constat contra hoc: quia signum evidens distinctionis realis inter aliqua
extrema est illorum separabilitas.

Ans probatur: quia optime stat aliquis habeat facul- 96
tatem circa actus definitionis quatenus regulas praedictione scilicet, et intelligit, circa actus
dividendi, et argumentandi facultatem habeat, immo gradum in arguendo, aut dividendo
difficultatem experiatur: sive scilicet nec didicit nec intelligit unumquemque regulas
pro divisione, aut argumentatione: q facultas circa actus definitionis separabilis est ab ha-
bitu, seu facultate circa actus divisionis. Respondes hic in alia ratione praz-
dus quam experientia ipsa, qua videmus, et experimur facultatem summam in
illis circa quae respectivos actus habuimus, et gradum difficultatis in aliis ne
de quibus nec primam apprehensionem habuimus, sed potius omnino ignora-
mus licet eandem facultatem contineat omnia illa simul. Toties videmus plures
grammaticam, aut rhetoricam addiscentes, summam facultatem in cognos-
cendis eiusdem regulis et in formanda oratione illis regulis conformi habeant
et e contra experiuntur summam difficultatem in aliis addiscendis et intelligendis regulis
ejusque illarum scientiam, et doctrinam percipiunt: q habitus isti sunt omnino distincti, quia uni
dicat, deest ei in illo habitum, et facultatem ad eos actus, quos in illis omnino igno-
rat, vel ad quos summam, et gradum difficultatem experitur.

Probatur 2° solutio: habitus 97
intellectualis acquisitus nil aliud est, nisi qualitas ex actibus relicta facilitans
intellectum ad actus similes illis, a quibus relicta, seu generata est; sed actus, circa de-
finitionem non sunt similes actibus circa divisionem, aut argumentationem: q habitus ac-
quisitus per actus circa definitionem non est habitus ad actus circa divisionem, aut argu-

mentationem. R. Respondent 1° aliqui Thomistae actus circa definitionem, et actus circa argumentationem esse dissimiles solum materialiter, non vero formaliter. Quia formaliter similes sunt in ratione formali obiectiva, sed contra: actus versantes circa definitionem considerant definitionem secundum rationem obiectivam definitionis, et actus versantes circa argumentationem considerant argumentationem secundum rationem obiectivam argumentationis; sed ratio obiectiva definitionis, et ratio obiectiva argumentationis sunt atque rationes obiectivae omnino diversae: ergo illi actus considerant sua obiecta secundum rationes obiectivas diversas; sed actus versantes circa obiecta secundum rationes obiectivas diversas sunt iuxta Thomistas non solum materialiter, sed etiam formaliter diversi: ergo.

98 Nec obstat, quod ratio obiectiva definitionis conveniat in ratione modi sciendi cum ratione obiectiva argumentationis: quia etiam omnia obiecta aliarum scientiarum conveniunt in ratione obiectiva scibilis, et tamen actus unius scientiae non sunt similes formales actibus alterius scientiae: ergo. Si dicas, ut dicere debes, obiecta aliarum scientiarum respici sub ratione talis scibilis, habeo intentum; quia ideo actus metaphysicae, et physicae sunt formaliter dissimiles, quia respiciunt sua obiecta sub ratione talis scibilis, id est actus physicae sub ea ratione respicit obiectum suum, sub qua suum obiectum non respiciunt actus metaphysicae; licet enim obiectum physicae, quod metaphysicae conveniant in universalissima ratione obiecti scibilis; sed etiam si definitio, et argumentatio conveniant in ratione universali modi sciendi, actus sive circa definitionem respiciunt definitionem sub ratione talis modi sciendi, sub qua actus circa argumentationem non respiciunt suum obiectum scilicet argumentationem, sed sub alia ratione omnino diversa scilicet sub ratione argumentationis: ergo. Maior haec patet: quia non est assignabilis ratio praeter quam actus metaphysicae respiciant suum obiectum sub ratione diversa comparative ad actus physicae, quam quidem ratio non habent actus circa definitionem respicere definitionem sub ratione diversa comparative ad actus circa argumentationem.

99 Insuper ideo hic actus, definitio debet explicare scientiam, nec scientia dici de quolibet alio

n̄ respiceret definitionem, ut definitio D. Th. ut denotante rationem sub qua; quia scientia definitionis est distincta ab alio modo sciendi, n̄ esset causa ultima n̄ movens logicam ad illum actum habendum; sed hoc est falsum: ergo. Major confirmatur ad necessariam rationem, et explicationem. Primo quidem: ablata a definitione ratione talis modi sciendi, n̄ daretur ille actus, et consequenter per illum n̄ respiceretur a logica definitio: ergo sub ratione talis modi sciendi logica definitionem respicit. 2° quia actus datur n̄ ob praecisam rationem [illegible] sciendi definitionem a logica respicit, scientia ob peculiarem talis modi sciendi rationem: ratio enim praecisa modi sciendi est valde generica, semper est insufficiens, ut moveat ad habendas cognitiones terminis specifica, ut exemplis, et ratione [illegible] ordinato cum logica [illegible] plures actus versantes circa specificam rationem definitionis in esse talis modi sciendi, sed dicendum de actibus circa divisionem, et argumentationem, dicendum consequenter est, rationem motivam ad tales actus habendos n̄ esse praecisam rationem modi sciendi, sed rationem talis modi sciendi.

Respondeo 2° falarcus quod licet actus circa de- 100
finitionem propter rationes praedictas sit formaliter dissimilis actui circa argumentationem, tamen n̄ generat habitum quatenus dissimilis formaliter, sed quatenus similis actui circa argumentationem. Si illi objicias, dum ex repetitione actuum circa definitionem generatur facilitas ad actus circa definitionem; n̄ vero ad actus circa argumentationem, ut ipsa experientia constat: respondet difficultatem, quam homo casus his experitur circa argumentationem, esse materialem, et extrinsecam n̄ vero formalem et intrinsecam. Hanc solutionem, quae communis D. Thomistarum, explicat exemplo hominis n̄ privati visu, sed existentis in tenebris; sicut enim indubie homo ille habet tunc impotentiam materialem, et extrinsecam videndi, quae n̄ aufertur per robur potentiae visivae, sed per dispositionem coloris medio luce; ita qui tantum elicuit actus circa definitionem, habet tantum materialem, et extrinsecam difficultatem circa argumentationem ad quam auferen

[illegible] non requiritur novus actus; sed sufficit dispositio specierum et earum ordinatio, quam arguens facit, se tenens ex parte materiae sive obiecti.

101 Sed contra primo: quia stando solutione possumus dicere, solum unicum habitum dari, illum scilicet intrinsecam facultatem ad omnes actus, consistit alterius scientiae, et difficultatem, quam acquisito habitu sentiunt habentes ad actus metaphysicae consistere in defectu applicationis materiae, quae fit mediis speciebus: vel dicat adversarius, cur non liceat hoc asserere? profecto nisi recurrat ad rationem nostrae solutionis, nullam congruentem assignabit. Contra 2°: quia homo existens in tenebris non alio indiget ad videndum nisi applicatione materiae, sive obiecti, et sua voluntate videndi: at qui facile eliciat actum circa argumentationem illam, si numquam elicuit, non sufficit applicatio obiecti, et sua voluntas talem actum eliciendi: quia non est sicut homo qui est in tenebris. Minor patet experientia; nam qui nullum actum circa argumentationem elicuit, licet habeat materiam sufficienter applicatam, et sua velit actum circa illam elicere, experitur tamen difficultatem in eliciendo. Insuper licet milles repetat actus circa unionem, nec tamen modo vincitur difficultas circa argumentationem; vincitur autem ex sola repetitione actuum circa argumentationem: ergo signum est illam difficultatem non esse ex parte materiae, et extrinsecam sed specialiter intrinsecam.

102 Contra 3°: haec nova facultas, quae ab adversario vocatur extrinseca potuisset esse sine facultate praecedente, et ante illam; sed si ita esset habitus: ergo etiam si subsequatur habitus est: tenet consequentia: quia habitus ut talis est non petit per ipsius actus prius quam alii repetantur. Contra 4°: sed omnia ista tota logica conveniant in eadem ratione formali abstracta, sive ut cum Thomistis loquamur in eadem abstractione a materia tamen ex tali conveni

entia non agens infertur indivisibilitas habitus, ut constat ex dic-
tis, vel si infertur ex illo fundamento, eatenus infertur quatenus
subtilitas definitionis v.g. ut attingitur ab ipsa logica obtineret vel eminen-
ter, vel alio quovis modo subtilitatem argumentationis, sed hoc est fal-
sum: ergo. Maior patet: quia si subtilitas unius obiecti nullo modo obtinet
subtilitatem alterius diversi principio formali, et habitus indiget in-
tellectus ad unum, ac ad aliam veritatem.
Minor probatur: ex eo quod sciat intellectus de- 103
finitionem diversae rationis generum, et differentiam non potest deducere syllogismum
diversae rationis partibus suis; et ex principiis, ex quibus sciat regulas circa
definitionem, non potest deducere principia practiva regularum circa argu-
mentationem: ergo. Ex dictis facile reiicitur solutio illorum qui dicunt ex
unico actu logica generari habitum unicum ad omnes actus, quoad enti-
tatem, licet non quoad extensionem. Nam illa extensio habitus ad aliud ob-
iectum formale requirit saltem sive nova, et realis productione habitus: quia illa
qualitas in primo instanti producta vel habebat virtutem facultatem
ad utrumque, vel non. Si primum: ergo primo aeque ad unum, ac ad alterum actum
facultabat. Si secundum: ergo eam nequit acquirere, nisi producatur pars
altera qualitatis.

Sectio 2. adversariorum obiectionibus respondetur.

Prima desumunt ex Divo Thoma prima parte quaestione 54 articulo 4 104
Instabis 3.° totalitas hominis trahit cognitionem animalis, cognitio enim haec ad hoc trahitur; sed totalitas hominis non est divisibilis: ergo tota totalitas trahit cognitionem animalis: tota cognoscitur: probatur: dum intellectus cognoscit animal per cognitionem animalis, non manet aliqua realitas hominis, quae non trahat cognitionem animalis; alioquin darentur duae realitates una trahens cognitionem animalis, et altera non trahens, quod est absurdum: ergo tota realitas hominis trahit cognitionem animalis, et consequenter tota cognoscitur. Respondeo distinguendo maiorem instantiae; totalitas hominis trahit inadequate cognitionem animalis, concedo: adequate, nego maiorem. Distinguo etiam minorem; sed entitas hominis est indivisibilis physice, concedo: est indivisibilis intentionaliter, nego minorem et consequentiam; entitas hominis quae realiter indivisibilis est potest intentionaliter dividi per cognitionem praecisivam, et sic intentionaliter divisa [illegible] in duos conceptus obiectivos trahit cognitionem secundum unum, et non secundum aliud quod est totalitatem hominis inadequate trahere cognitionem. Sed nota ad hoc non requiri, quod totalitas hominis prius intentionaliter dividatur, et sic divisa trahat postea cognitionem, sed quia cum cognitio est per suam inadequatam repraesentationem ex parte praecisiva sit, illa est cognitionem praescindere rem in duas formalitates, ac formalitatem unam trahere cognitionem, et illam non trahere formalitatem aliam. 413

Ad instantiam: distinguo maiorem: intellectus cognoscit animal per cognitionem animalis non manet aliqua realitas, id est aliquod praedicatum reale, quod non trahat cognitionem, nego antecedens: non manet aliqua realitas distincta realiter ab alia, concedo antecedens. Similiter explicanda est adiuncta probatio. Ut distinctionem capias nota, terminum realitas accipi multoties pro praedicato reali, distincto realiter ab alio distincto, et sic communiter [illegible] utuntur Scotistae; sumitur etiam praecise pro praedicato reali idest de linea entis reali, et realis: quo supposito, falsum est dicere, per cognitionem animalis incognitam manere realitatem aliquam realiter distinctam ab animali: quia licet praedicatum reale incognitum maneat, cum tamen non distinguatur realiter ab animali, non manet incognita realitas aliqua in primo sensu; manet vero, in 2°; cum praedicatum reale sit praedicatum reale, sive de linea entis realis, et hoc incognitum 414

maret ut diximus.

415 Argues 2°: explicat illud mutare intrinsece statum; sed si intellectus divideret intentionaliter obiective gratum realiter indivisibilem, illud intrinsece mutare: ergo intellectus nequit dividere intentionaliter obiective statum realiter indivisibilem. Maior certa est: quia cum cognitio extrinseca sit obiecto, nequit intellectus vi ipsius mutare intrinsece obiectum. Probatur minor: si intellectus divideret intentionaliter obiective per cognitionem praecisivam statum realiter indivisibilem faceret duas realitates obiectivas intrinsece duas ubi antea erat unica indivisibilis realiter status; sed hoc est mutare intrinsece statum indivisibilem realiter. Ergo. Confirmatur 1°: vi cognitionis praecisivae, datur in obiecto aliud, et aliud, quod independenter a tali cognitione non datur: ergo vi cognitionis huius intrinsece mutatur obiectum. 2°: status indivisibilis non praebet fundamentum ad cognoscendum aliud, et aliud; ... ipsa non est aliud, et aliud: ergo status indivisibilis non praebet fundamentum ad cognoscendum aliud, et aliud: ergo vel non datur aliud, et aliud, ... cognitionis praecisivae, vel si datur, mutatur intrinsece obiectum in talis cognitionis

416 Respondent aliqui ex obiective praecidentibus, explicandum intellectum mutare intrinsece statum esse reale non autem explicare, illum mutare statum intrinsece obiectivum, seu quod quia licet verum sit, praedictionem rationis extrinsecam esse obiecto, ut potest cognitione quo non intrinseca obiecto consistit, ideo dicit obiectum intrinsece mutare non posse, quo statico, et reali; cum a primo vero non auferat quod sit realiter rationalis, et ut talis existat nihilominus mutat ipse obiective sive in vi cognitionis praecisivae, quatenus per talem cognitionem praedicta constitutiva rei intentionaliter dividat unum repraesentando, quin aliud repraesentet. Unde fit, quod primus ipse, et intrinsece, realiter et rationis, respectu intellectus praescindentis rationis non sit, cum tale statum omnino materialiter se habeat in obiecto respectu intellectus praescindentis, et in hoc sensu, dicunt, primum mutari tantum, sive in esse tali.

417 Explicant hoc exemplo picturae: datur, pictorem exprimi

mere in tabula dimidium partis pro corporis Xri; tunc licet prius a parte rei, sive in esse rei non mutetur intrinsece per picturam, ut pote extrinseca ipsi, quae revera integre existit, et non dimidiatus; mutatur tamen intrinsece in esse obti, sive tri, quatenus

picturae integer non est, nec totus expressus per illam, sed inadequate, una videlicet parte expressa, et non expressa alia: sic similiter de Xro, ut est verus, et obtum imaginis intentionalis, qualis est actio praecisiva, per quam licet in esse rei non mutetur, eo quod ab illo physice non auferatur praedicatum aliquod: mutatur intrinsece in esse obti; quia vi cognitionis totus intentionaliter [illegible] exprimitur, sed [illegible] unum praedicatum solum ablato alio intentionaliter. [illegible] doctrina haec verebius, et clarius respondet ad argumentum [illegible] ratione [illegible], et rationem: quia [illegible] mutare intrinsece obtum foret, vel [illegible] divideret physice obtum, vel poneret in illo vi cognitionis praecisivae [illegible] aliquid intrinsecum, quod utrumque est falsum est: unde licet praedicata intrinseca obti maneant intentionaliter divisa non tamen intrinsece, sed extrinsece a cognitione, tanquam a forma.

Ad [illegible] confirmationem: distinguo ans [illegible] 4 9

cognitionis praecisiva datur in obto licet, et aliud realiter, nego majorem: aliud, et aliud intentionaliter, concedo ans, et nego consequentiam de mutatione intrinseca obti: ad [illegible] distinguo minorem; sed ipsa non est aliud et aliud actualiter, concedo: aliud, et aliud fundamentaliter, nego minorem. non eiusdem cognoscitur per cognitionem praecisivam, quod in obto non est sed quod re vera est, inadaequate cognoscitur; [illegible] cognoscendi modo practice, et exercite obtum dividitur in duas formalitates actuales, quae ante cognitionem solum erant fundamentales, tales enim formalitates denominantur, et fiunt vi cognitionis aliud, et aliud intentionaliter; distinguo etiam consequentiam: quod non praebet fundamentum ad cognoscendum aliud, et aliud praesuppositum, concedo: quia cognitio inadaequata non tendit ad obtum praesuppositive divisum, seu distinctum: quod non praebeat fundamentum aliud, et aliud exercite efficiendo, nego consequentiam: quia ut saepe diximus cognitio inadaequata tendens ad obtum illud exercite dividit, et facit aliud, et aliud per rationem.

419 Instabis 1°: 2 posita cognitione aal alia distinctio dicta ab ipsa cognitione correspondet ex parte obti [illegible] si hoc semel: ergo tota distinctio se tenet formaliter, ex parte actus, sed datur cognitio praescindens formaliter. Si primum: ergo cognitio praecisiva ponit aliquid ex parte obti, et non mere praecisive tollit ab ipso tota praeter. Respondeo admittendo 2am partem disjuncti, et consequenter dico, quod distinctiones stare formaliter cognitione inadaequata; tenere vero ex parte obti: sed non formaliter, ac- -ros idem sentire, non si quidem abstrahimus per illam distinctionem, ut exprimere contra- -liter dividat aal, a rationali repugnando aal, et non repugnando ratione, quod [illegible] rant formaliter, sed observat, quod ut distinctio haec obtiva sit, non est necesse, quod per cognitio- -nem reperiatur ex parte obti distinctio aliqua, sive intrinseca, sive extrinseca ipsi obto: dicitur enim distinctio, sive praecisio obtiva, quia est qua in usus contradictionaliter dividitur unus obti praeter ab alio.

Tandem instabis: si per cognitionem aal non

420 repraesentaretur, rationale non divideretur ab aali; sed per nos dividitur: ergo. Probatur maior: solum dividitur ut quod cognoscitur: ergo si non cognoscitur ratio rationale per cognitio- -nem aal, per illam non dividitur ab aali: non major; imo si rationale cognosceretur per cognitionem aal, non dividitur ab aali juxta a nobis dicta in praecone solu- -tionis nostrae, et impugnatione oppositae sententiae. Probatio maioris sed distinguitur sic: solum dividitur positive id cognoscitur, negative non: ex quo infertur, aal dividi per cognitionem aal a rationali positive; rationale vero dividitur ab aali quasi negative; quod non probat rationale debere cognosci; imo probat debere cognosci. Verbis hominis absolute posset negari maior: quia sicut ut lapis unus separetur a ferro, et a ferro a lapide sufficit quod aliquis lapis assumatur, et alius non; ita ut aal separetur contradictionaliter a rationali, et e contra, sufficit, quod aal repraesentetur solum, et non requiritur, quod repraesentet rationale.

DISPUTATIO III.

De unitate rationis

CAPUT I.

De universali in communi

SECTIO I.

Explicatur universale.

Non absolvimus adhuc primam partem logicae, sed dimidiabimus, ceterum quia nec longius disputatio excurrat nova disputatione de unitate rationis disputationi de distinctione connectimus, ut hac aliqua ratione rebus de se obscuris divisione ipsa, et separatione rerum disputandarum adhibeamus de unitate igitur rationis in disputatione hac agemus, prosequendo scilicet de universali tam in communi, quam in particulari: tractatio sane utilissima, et necessaria quoniam in re scholastica, in qua variis rationibus complexas quaestiones involvant, quas, Deo dante, pro nostra tenuitate explicabimus.

Universale si nominis vim perpendimus, est unum versus multa. Si ad plura inferiora se extendit dicitur universale in essendo; tale est hoc ens generale homo et animal. Si ad plures effectus producendos, dicitur universale in causando; sic Deus dicitur causa universalis: si ad plura significanda, et repraesentanda dicitur universale in repraesentando: sic est universale quodlibet plura repraesentans. Non in hac latitudine de universali modo nobis agendum est, sed praecise de universali in essendo et praedicando. Universale in essendo est unum se extendens ad identitatem cum pluribus. Universale in praedicando est unum se extendens ad praedicationem de pluribus. Universale in essendo dicitur etiam universale metaphysicum: quia eius tractatio ad metaphysicam

spectat. Universale in essendo dicitur universale logicum, quia ad logicam spectat ipsius explicatio, et adeo connexa est doctrina pro utroque, ut de utroque simul agere necesse sit.

423 Universale igitur metaphysicum fundat, et a priori infert universale in praedicando, sive logicum, ex eo enim quod unum plura sit, et cum pluribus identificetur sequitur necessario posse de pluribus praedicari per affirmationem ipsius de pluribus. Rursus praedicabilitas hoc exigit, et a posteriori infert universale in essendo: unum enim de pluribus vere praedicari supponit identitatem unius cum pluribus: Ita quod inter se connexa sunt universale logicum, et metaphysicum, sicut essentia metaphysica cum passione metaphysica connexa est. Prius quam de utroque divisim tractemus, definitionem universalis prout a metaphysico, et logico abstrahit, ab autoribus, ex Aristotele, et Divo Thoma communiter admissam exponimus.

424 Universale est unum in multis per rationem identitatis in illis multiplicabile. Dicitur in primis unum, quia licet ipsa nomine nostro aliquam petit unitatem, quam quia non habent Petrus, et Paulus non sunt universale. Deinde dicitur in multis quia ad universale necessario requiritur multitudo, et pluralitas, aut possibilis ut de Deo universali in summulis dicitur. Deus quod hoc universalis erit, quamvis non dentur existentes plures homines, et tantum unus homo existat, quia nihilominus possibiles sunt plures. Dubitatur hic pluralitas hoc debeat esse multitudo et pluralitas realis et multitudo rationis. Hanc secundam sufficere, docet Pater Lince. Ratio apud ipsum, quia universale non minus requiritur multitudo, et pluralitas, quam unitas; sed sufficit unitas rationis juxta contra dicenda: ergo et sufficere pluralitas rationis.

Probatur:

425 quia haec oratio est practice directa, animal est pars metaphysica hominis, haec autem indirecta, pars metaphysica hominis est animal, [illegible] in prima, et subtus in 2a est [illegible] respectu rationis et

raolis, hic optime realiter, sed formaliter solum distinguitur: contrarium defendunt alii, reputant enim absurdum, dari, divinis praedicatum absolutum proprie universale: at hoc certe sequitur ex Patre Lince [illegible]: quia praedicatum hoc, perfectio divina absoluta, dicitur omnem sapientiae, bonitati, omnipotentiae, et ceteris, quae sunt plures perfectiones, non pluralitates reales, sed rationes. Sed hoc, quod dicitur ipsa Lince [illegible] absurdum reputatur; ratio autem absurditatis non ostenditur. Nihilominus, si absurdum existimandum est maxime aperte dicitur: non minus requiritur multiplicitas realis, sicut unitas essentialis, adeo: multiplicitas, quaecumque sit rat.

Ad obiectionem dic, illud praedicatum, aut subiectum proprie solum esse 426 universale: quia ad universale proprie tale requiritur pluralitas realis. Ad paritatem autem realis dic, ad obiectionem rei requiri id, quod habetur ratione ipsius distinctionis: cum autem nulla detur ~~[illegible]~~ unitas iuxta [illegible] cedat, quae sufficiat ad salvandam universalem definitionem nisi unitas essentialis, hoc ideo necessario requiritur, dum omnis proprie sit unitas, ac cum detur pluralitas realis, et in ipsius verificatur proprie, et absolute, [illegible] in multis definitionis non autem verificatur proprie, nisi ipsius [illegible] realis pluralitatis, ideo hoc excluditur, et illa omnino requiritur. Dicitur 3° per realem identitatem: quia non sufficit, quod unum sit in multis localiter, aut per unionem: alioquin ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ raolis, quae per unionem est in multis corporis partibus, esset universalis: et corpus Christi Domini, ut est unum in multis hostiis esse universale, quod omnino falsum est.

Sed observandum hic, quod ut aliquod praedicatum universale sit, non requiritur, quod identificetur cum multis, 2° quod dicat in aliquo sensu, quod praecise dicat cum pluribus identificetur. Observa insuper, quod ad quod dicitur universale et unum debet identificare adequate cum multis ita ut ~~[illegible]~~ sub eodem nomine. et recepturus

possit aliquid adjungi, tunc numeralis: quo propter aqua palmaris v.g. non est universalis ad plures aquae partes, in quas dividi potest, quia licet partes quae habent rationem aquae denudatam pars verificare posset, quod sit aqua palmaris; repugnat et requirit verificari de illis, quod sit plures aquae palmares, at hoc requiritur ad universalis universalis, quia ita identificatur cum Petro, Paulo, et ceteris, ut de quolibet possit verificari et praedicari; et hoc, de illis est vera haec propositio, Petrus et Paulus sunt duo homines, dicitur tamen multiplicabile propter proxime dicta, unde natura divina non est universale, quia licet sit per identitatem in tribus divinis personis, non tamen potest verificari. Universale sic explicatum communiter dividitur in metaphysicum, et logicum sive in essendo, et praedicando universale metaphysicum, licet his terminis explicari soleat unum aptum esse realiter in multis per identitatem multiplicabile re ipsa praedictus conceptus nil aliud importabit, quam conceptus universalis verbis numeris antibus explicatur. Universale logicum sive in praedicando dicitur, unum aptum esse potentialiter in multis per identitatem realem multiplicabile; sed haec divisio improprie quidem est nam praedicabilitas est passio universalis in essendo, proprietas sed ipsius non autem differentia aliqua essentialis. Sed haec de voce sunt, et divisio tradita explicationis gratia ab auctoribus traditur quae enim in re, et substantia conveniunt. Prius nobis agendum est de universali metaphysico; ipsius enim natura, et constitutione in illa facili negotio universalis logici constitutiva percipiendum.

SECTIO II.

Sensus dificultatis proponitur, et aliqua suponuntur.

9 Supponendum est in primis cum communi doctorum contra Exactitatem, et Cratinum dari universales non natura humana v.g. non

sine fundamento dicitur ut unum commune multis, dividimus, Pro, R.
ut Petrus hominibus, et de ijs quibus cingulatim praedicari potest,
Dico hoc: quod natura humana aliqua vera ratione universalis est. Di-
ficultas tamen non leviter est; quod explicando natura universalis, includit
unum [illegible] esse duo valde opposita unitatem scilicet, et multiplicitatem
quae nullo ratione fieri potest, ut unum, id est formaliter simul unum sit simul
quod in multis reperiatur per realem identitatem multiplicatam. Non est difficul-
tas in pluralitate, sive multiplicitate, requisita ad universale; certum
enim est a parte rei dari pluralitatem, dantur enim plures homines, equi
plures, &c., unde tota resolvitur difficultas ad investigandum utrum
etiam detur a parte rei unitas sufficiens ad universale formaliter ut
tale constituendum ad quod,

Suppono 1° unum transcendentaliter sumptum sic communiter
[illegible] definiri, indivisum in se, et divisum a quolibet alio: qualis
plures doctores cum Patre Peinado doceant, sufficienter definiri
per 1um hunc conceptum indivisum in se cujus sensus est, unum non posse dividi
a se, seu non posse dividi in plura, quae sint ipsum, v.g. Petrus est unus,
quia licet possit dividi in plures partes; nulla tamen earum est, aut
potest esse Petrus. Unitas transcendentalis unitas communiter [illegible] opponitur di-
visioni rei a se et ita definitur, est ea vi cujus res est indivisibilis a
se, seu est indivisibilis in plura, quae seorsim ipsa res; unitas haec obve-
nit unitati sive simplicitatis, sive [illegible] compositionis sive solius aggre-
gationis, et etiam unitati morali pro inde quod obvenit unitati per se et per
accidens, verificatur enim praedictum [illegible] de anima simplici, sicut
de homine composito [illegible], sicut de acervo lapidum &c.

Relinquo autem par-
ticula, et divisum a quolibet alio, adjuncta ut ipse Peinado docet ad

unitatem numericam ut talem explicandam. Licet enim unitas transcendentalis et unitas non numerica realiter non distinguantur, differunt tamen penes modum illas explicandi, quia nomine unitatis numericae explicamus, ipsam non significamus sub respectu et ratione partis ad totum, ad numerum scilicet qui in recto et directe includit duas unitates, nam una enim non constituit numerum, nisi cum alia, a qua realiter distinguitur unde Aristoteles numerum explicans 10° metaphysicae textu 21 ait, numerus est multitudo.

432 Suppono 2°: quod sicut in qualibet specie datur duplex divisio (duplex inquam fundamentaliter quoad illius operationem, formaliter vero per rationem) alia formalis, qua differt ab entitate dissimili, dicitur quae divisio, seu distinctio specifica, qua gaudent Petrus et Equus v.g. et alia materialis, qua differt ab entitate simili, v.g. differentia, distinctio, sive divisio qua Petrus distinguitur a Paulo, sive omnino simili; quae materialis dicitur, et quia distinctio haec desumitur a materia ut Thomistae volunt, ideoque apud ipsos formalis dicitur, specifica distinctio, quia desumitur a forma; vel dicitur materialis, quia dematerialiter se habet talis distinctio respectu scientiarum, quae de singularibus non agunt, ut communiter a nostratibus exponitur. Sicut igitur haec ~~[illegible]~~ duplex datur divisio, eodem etiam modo datur duplex indivisio, seu unitas, alia videlicet formalis, qua res est indivisibilis in plura dissimilia, et formaliter, sive specifica dicta, et alia materialis, qua res est indivisibilis in plura similia, seu solo numero dicta, in Petro v.g. eius natura humana est una formaliter, quia est indivisibilis in plures naturas, quae specie sit, plures natura humana, et Petreitas est unitas materialis, quia est indivisibilis in plures petreitates.

Utraque

433

hoc unitas datur â parte rei: quia sunt v.g. ... indivisi-
bilia non solum in plura individua similia; sed etiam in plures homines
dissimiles. Hinc suppono 3° unitatem hanc formalem â parte rei esse
non unam, sed multiplicem. Probatur quia unitas hoc est realiter identificata cum
unitate numerica; seu materiali. Sed ut unitates numericae sunt plures ita de-
bent esse plures unitates formales; aliter admittendum esse in creatis mysterium tri-
nitatis, unam scilicet naturam identificatam realiter cum pluribus. Colligitur hinc
unitatem formalem, quae vere, et proprie est unitas non consistere formaliter in similitudine
individuorum: nam quodlibet individuum identificat secum non solum unitatem materia-
lem, sed etiam formalem secundum adaequatam rationem quae explicatur per conceptum hunc unita-
tas formalis: quodlibet enim individuum est adaequate unum materialiter, ut forma-
liter; similitudo autem secundum adaequatam suam rationem non identificatur cum quoli-
bet, sed partim cum uno, et partim cum altero.

Suppono 4° unitatem formalem explicatam
tam non sufficere ad constituendum universale formaliter ut tale. Probatur: quia uni-
tas universalis formaliter ut talis ita est propria universalis, qua ta-
lis, ut non possit convenire rei singulari ut singularis est; sed unitas
formalis explicata convenit rei singulari ut tali siquidem ut constat ex dictis
identificatur realiter cum unitate numerica. Ergo. Maior certa est: quia
universale ut tale opponitur singulari, ergo per tale dicit unitatem
ut rei singulari non conveniat. Confirmatur: quia ut ex 3° supposito con-
stat unitas formalis multiplicatur in individuis cum ipsa natura; sed unitas,
quae propria naturae universalis formaliter ut talis non potest multiplicari
in inferioribus; aliasque unitas specifica multiplicaretur in individuis, et
generica unitas in speciebus et sic plures homines essent plures species et
quodlibet esse unum universaliter quod est absurdum nam potius inferiora
sunt unum sub ratione universali iuxta illud Porphyrii, participatione

specie plures homines sunt unus homo.

435 Suppono 3, praeter has unitates assignari aliam, quae appellatur unitas similitudinis, definitur q. convenientia plurium in aliquo praedicato, sic Petrus et Paulus sunt unum, quia sunt similes in natura, sive quia conveniunt in ratione hominis. Verum haec unitas solum voce tenus est unitas, in re enim est pluralitas; similitudo siquidem formaliter consistit in pluralitate, seu constitutive dicit pluralitatem; sed unitas similitudinis est formaliter similitudo: ergo unitas haec est, et formaliter constituitur per pluralitatem, igitur q. solam vocem solum erit unitas in re vero pluralitas. Unde Petrus et Paulus convenientes in ratione hominis non sunt unus homo, sed plures homines similes.

436 Sed observa, quod quamvis haec unitas detur a parte rei, cum a parte rei detur plura individua convenientia in praedicatis, ut sunt individua rationalia humana, haec tamen unitas ad universale formaliter qua tale non sufficit. Ratio est: quia universale debet esse unum aptum esse in pluribus multiplicabile in illis, et de illis praedicabile; sed haec unitas similitudinis non respicit aliquid ut unum commune pluribus, sed potius respicit plura ut convenientia inter se: ergo. Insuper natura autem sola haec unitate est collectio plurium similium; sed collectio plurium similium non est apta esse in pluribus et de illis praedicari; alioquin collectio omnium hominum posset esse in Petro verum et de Petro praedicari: ergo.

437 Supponendum denique quod praeter has ~~omnes unitates ex lata~~ dari etiam unitatem specialem, vi cujus plura fiunt, et sunt unum specialiter. Unitas haec consistit in conceptione praecisiva et abstractiva praedicati a pluribus participabilibus: v.g. hoc conceptio animal est unitas specialis omnium animalium: quia ratione hujus conceptionis praescindit ab omnibus natura ab ipsis participabilis, nimirum natura animalis: et singula animalia sunt unum obiectum unitate nominis et rationis; siquidem quodlibet animal hoc nomine animal et definitione hac

exprimitur

principiis sectionis explatur. Ad unitatem naturae requiritur tandem fundamentum similitudinis plurium nemo est qui dubitet: quia si non daretur plurium similitudo in natura aliis v.g. ipsius non posset ab illis praescindere rationem communis. Quibus igitur unitas similitudinis non sit sufficiens ad universale formaliter ut tale, requiritur tamen tandem fundamentum ad illud, sed fundamentum a parte rei dari; quatenus universale fundatur tale in parte rei existere, nemo etiam dubitat: quaeritur etiam formaliter universale a parte rei difficultas praecipua est hic examinanda.

SECTIO III.

Impugnatis sententiis aliis, nostra probatur.

Prima sententia est Platonis, (si Aristoteli fides habenda est) 43 docuit, dari a parte rei naturas universales separatas a singularibus, quas appellabat ideas, mutabiles, improducibiles, aeternas, essentias singularium: addunt aliqui illas in concavo lunae collocasse. Haec sententia vel potius somniantis delirium merito ab omnibus cum Aristotele improbatur, et rejicitur: nam idea hominis v.g. vel identificatur realiter cum inferioribus: Petro, Paulo et ceteris hominibus, vel non? si hoc secundum: ergo non est universalis, quia universale debet esse unum in multis per realem identitatem cum illis. Si primum: ergo non est separata, nec in concavo lunae existens, sed in nobis: quidquid identificatur cum aliquo, nequit loco separari ab illo. Modo sic, vel illa idea, aut natura eadem est numero in omnibus singularibus, vel sunt plures naturae numero distinctae? si primum: ergo non est universalis, quia universale debet esse multiplicabile; si secundum, nequit etiam universalis esse, quia licet habeat unitatem similitudinis haec juxta dicta non sufficit. Secunda sententia est singularis opinio Patris Fonseca, qui triplicem naturam

status distinxit. Primus, quem vocat solitudinis, et praecisionis est status naturae secundum se, in quo natura est solum secundum sua praedicata essentialia ante abstractionem, et ad singularibus, et ad omnem intellectus operationem. Secundus est status abstractionis, ac individua. 3us est obvius in quo natura praescinditur per intellectus operationem ab individuis, et singularitatibus. In 2o statu docet sententia hoc naturam non esse universalem, esse tamen universalem in 1o, et 3o: in 1o quidem independenter ab intellectus operatione, quia in illa natura est indivisa in se, et apta ut pro posteriori (secundo videlicet statu) multiplicetur per abstractionem ad individua. In 3o autem naturae esse universalem dependenter ab intellectus operatione, quia per hujusmodi naturam reducit ad statum solitudinis, et fit apta, ut de pluribus praedicatur: supponit sententia hoc distinctionem ex natura rei inter naturam et singularitatem: unde ex hoc capite patet ejus falsitas.

439 Insuper contra eam sic argutor. Ille status solitudinis non datur in re ante omnem intellectus operationem: ergo natura non est universalis ante intellectus operationem. Antecedens probatur: quia ille status conveniret rei ab intrinseco, vel ab extrinseco, scilicet ab ejus causa: si hoc 2um contra est: quia causa solum dat esse singulare unum seu naturam contractam; siquidem actiones circa sunt circa singularia: ergo si res illum statum habet ab extrinseco solum ab intellectus operatione potest illum habere: ergo universalis non erit prior ad actum intellectus. Si 1um: ergo natura repugnat abstractioni. Licet sententia: quia praecisio realis, et intrinseca repugnat abstractioni, et plateam unita et quod natura sit realiter communiter pluribus. Dicas non implicare naturam essentiam, et praecisa in primo statu, et in posteriori amittere illam praecisionem, seu unitatem intrinsecam.

440 Et contra est: quia cum praecisio hoc, et unitas intrinseca, similiter ergo contrario rebus per se ipsas conveniant semper debet convenire;

nam cum res semper sit eadem quoad contractionem, semper debet manere cum eadem præcisione, aut contracta unitate, qua semel contractæ habuit: quia si ratio in uno statu realiter contracta est præcisa, aut una, quæ tamen in alio statu abstrahatur, retinebit semper unitatem illam contractam, simulque acciperet abstractionem, et multiplicitatem quia simul erit præcisa, et abstracta, simulque una contracta, et contracta multiplex; sed hoc est aperta contradictio. Pro ratio impugnatio manifeste apparet in quibuslibet prædicatis repugnantibus; tam enim contradictio ~~aptum est~~ quod Petrus sit hodie homo, et cras sit equus, quam quod simul sit homo et equus, et hoc contradictio ex illa necessario sequitur: nam si de entitate de qua vere dicitur hodie est homo, verum esse dicere cras erit equus; verum esset dicere cras   modo hoc entitas erit homo et equus: quia ergo repugnat quod natura in primo statu sit contracta una, et quod eadem manet in 2° sit multiplex.

Tertia sententia est aliquorum Scotistarum asserentium naturam etiam in statu abstractionis esse universalem per operationem intellectus. 44.

Hæc sententia non est contradicta, ita ut natura eadem realiter sit universalis, quatenus per se existentia communis sit pluribus solum quod contracta differat ratione singularitatis: quatenus Petrus, et Paulus non. quoniam ad rationem realiter actualiter identificetur, natura quod eadem sit in utroque contracta quod tamen ratione scilicet alicujus superadditi singularitatis videlicet realiter a natura distincta Petrus differat a Paulo, quoniam enim aliquibus huic distinctionis modus tribuatur; tamen nullus expresse nominatur, quanta sententia videatur; et merito quidem, adeo enim absurda hæc explicatio est, ut viro mediocriter Philosopho pergendo quamvis sit recte ideo queritur Merinero, quod Scoto suo hæc sententia tribuatur. Nos quod nec Scoto errorem hunc tribuimus, ~~sed~~ nec ulteriori impugnatione reji-

cimus error ergo solùm pendere suo ā cujus Philosophiae magistro decidit.,

Sequitur Spo-
442 rista ā [illegible] pauci, pro se Scotus, asserentes docent naturam humanam v.g. esse formaliter universalem à parte rei, et quidem antecedenter ad intellectus operatione, quatenus natura humana Petri est formaliter distincta ex natura rei à singularitate et est formaliter multiplex; cum non sit formaliter Petrus, et Paulus, caeteri q. homines, et hac ratione non est multiplex una dicitur negative. Insuper natura ista à parte rei formaliter distincta à singularitate, licet materialiter identificetur cum singularitate Petri, et non cum singularitate Pauli, de se tamen non dicit formaliter potius identificatam cum Petro, quam cum Paulo singularitate; sed indifferens est dumtaxat à parte rei formalitas identificata cum qualibet hac. Propterea natura humana Petri est unum saltem negative identificabile cum pluribus, in quibus multiplicare potest, proindeque est universalis formalis, ita accedimus non pauci discurrunt, quibus Illustrissimus Merinero docet, quod quibus in mente Philosophi dicitur mox natura unitas negativaque multiplicabilitas; tamen haec ex mente Philosophi sufficiens est ad universale formaliter ut tale ad quod requiritur unitas, et multiplicabilitas positiva.

Sed quidquid sit de mente Scoti, sententia haec impugnatur 1°
443 ex eo quod tota nititur distinctione ex natura rei naturae, et singularitatis quam quidem simpliciter constat ex dictis; sed adhuc distinctione hac omissa sic impugnatur: si natura humana v.g. esset universalis à parte rei, vel esset universalis collectio omnium naturarum ut ex natura rei distinctarum à singularitatibus, vel alia ex his naturis v.g. natura Petri ut à sua singularitate distincta; sed neutrum dici potest. Ergo. Probatur minor pars, scilicet dici non posse quod collectio omnium naturarum sit formaliter universalis, quia ea collectio non est natura una formaliter, sicut collectio omnium singularitatum non est una singularitas, ratio hujus est quia ea collectio nihil est aliud quam plures naturae, sed plures naturae non sunt una for-

litas. Probatur min: plures naturae sunt plures unitates, et plures unitates formaliter non sunt una formaliter, nec aliunde a parte rei habent unde sint una formaliter: ergo. Minor quoad 1 partem constat,

Quoad 2 probatur: plu- 242

res unitates essent una formaliter, vel per unionem, vel per similitudinem, vel per identitatem? 1 non est dicendum, ut ex se patet 2 non sufficit: quia praeter quod similitudo non est unitas formaliter, sed pluralitas; unitas similitudinis sufficiens est ad universale formaliter, ut ex suppositis constat 3 implicat: quia sequeretur naturas, Petri, Pauli, etc. esse identificatas uni unitati realiter falsum et inimaginabiles ... Trinitatis mysterium esse admittendum: Probatur ergo 2 pars minoris primi syllogismi ... scilicet ut ex natura rei dicta non sua singularitate non sit universalis: quia licet natura Petri ut sit dicta sit una non est multiplicabilis, ergo nec universalis. Constat consequentia haec: quia ad universale non minus unitas, quam multiplicabilitas naturae requiritur.

Si dicas naturam illam esse ex se aptam ut sit Petro, Paulo, et caeteris hominibus licet vi strationis determinatur ad solum Petrum contra est: quia sic daretur tot naturae humanae formaliter universales quot sunt individua. Contra est 2o quia quaelibet etiam singularitas esset universalis; nam similiter singularitas Petri esset ex se apta ad identitatem cum natura Pauli: si enim natura Pauli, ut a Paulitate dicta, sit identificabilis est cum Petreitate: ergo Petreitas de se identificabilis est cum natura Pauli. Si dicatur, quod Petreitas de se repugnat unioni cum natura Pauli duobus ex natura rei dicta separatur a natura Petri similiter dicendum erit naturam Pauli repugnare etiam identitati cum Petreitate: nequit enim ex se esse apta identificari cum extremo repugnante identitati, sive identificabili cum ipsa. Contra est 3o: quia si natura Petri esset ex se apta ad identitatem cum alia singularitate, vel esse apta identificari cum illa simul,

l subsistiva: si primum: quod esset apta ad misterium Trinitatis. Si 2um: quia ex se esset apta ad essendum sine Pr(ae)itate: quia ad non essendum realiter id, quod realiter est, quo nihil absurdius?

246 Suplet quod genus non solum sortitur aptitudinem naturae Pri ad identitatem cum alia singularitate, sed etiam negativa aptitudo, seu negativa immunitas, et multiplicabilitas quod praeter dicta patet etiam ex eo quod natura Pri a parte rei est actualiter intrinsece determinata ad esse Prum: quia non est intrinsece actualiter realiter indeterminata ad esse Prum; supplet enim idem ratione esse actualiter realiter determinatum et indeterminatum ad idem. Sors probatur: natura Pri a parte rei est actualiter realiter identificata cum esse Prum; sed actualis realis identitas cum esse Prum est actualis realis intrinseca determinatio ad esse Prum quia natura Pri a parte rei est actualiter realiter intrinseca determinata ad esse Prum modo sic: quia repugnat esse sine Pr(ae)itate: quia indifferens non est etiam negative ad identitatem cum alia singularitate. 1a consequentia l'suet, et etiam 2a; quia intrinseca illa identitate ideo Prus repugnat genus indifferentia et capacitas ad realem distinctionem ab esse Prum. Sed si natura Pri esset de se apta ad identitatem cum Plo esset apta ad distinctionem realem ab esse Prum quod Maior certa est: et minor patet; quia si natura Pri esset de se apta ad identitatem cum Plo posset de se esse realiter Plus, sed si esset Plus, realiter distingueretur a Pro: quia.

247 Ob gravissimas has difficultates, et similes, quae necessario sequuntur, si universale formaliter a parte rei existens abstrahatur, communissima genus Thomistarum sententia Thomistarum, scilicet cum Divo Thoma Scotistarum plurimi cum Scoto teste [illegible] et Jesuitarum cum Eximio Doctore ex Aristotele docet universale formale non dari a parte rei sed solum post operationem intellectus: hoc est nostra sententia, cuius 1a pars satis constat ex impugnationibus factis ex quibus patet, naturam genus a parte rei unum, quod simul sit unum, et realiter multiplicetur in multis: quia hoc est esse realiter unum, et plura quo nihil implicantius, sed tota haec implicatio cessat optime.

recipitur unitas, et pluralitas ad universale requisita si abstrahatur unum, et indivisum post, aut per operationem intellectus: et divisum sive plura quae intellectus oper-rationem: siquidem esse divisum, et plura a parte rei, et indivisum, et unum post operationem intellectus, nulla est implicatio. Et hoc est 2a solutionis nostrae pars, et ipsius praecedente memoriae revocanda est unitas illa intentionalis, de qua numero ultimo praecedentis sectionis sumus locuti.

Unitas haec intentionalis, quae est conceptio inadaequata, et praescindens ea, repraesentans naturam secundum praedicata specifica, et intrinseca ipsi, eaque ex ipsa non dividens a differentiis, per quas contrahitur, et in quibus realiter multiplicatur est unitas universalis formaliter ut talis constitutiva. Probatur: cum natura sit universalis formaliter reducitur quod sit una formaliter, et quod possit esse in quolibet individuo, et de quolibet praedicari secundum adaequatam suam rationem; sed unitas conceptionis abstractivae hominis v.g. natura humana est una formaliter, et apta ut sit in suis inferioribus et de illis praedicetur, secundum adaequatam suam rationem: ergo unitas talis conceptionis, sive unitatis intentionalis natura est formaliter universalis. Maior constat; et minor quoad 2 partem patet, quia natura humana ut est obiectum conceptionis hominis est probabilis de quolibet homine, siquidem de quolibet cum veritate dicitur est homo.

Quoad 1am vero probatur. Quia sicut intellectus habet vim, ut vi suae conceptionis intentionaliter distinguat, et separet praedicata realiter identificata; ita etiam habet vim intentionaliter adunandi realiter distincta: hoc vi conceptionis abstractivae potest facere intentionaliter unum ea, quae realiter sunt plura. Confirmatur: quia ea ratione, qua aliquid non est plura est unum; sed natura humana ut est obiectum conceptionis abstractivae hominis non est intentionaliter plura: ergo ut est obiectum talis conceptionis est intentionaliter una. Probatur minor: quia natura humana ut est obiectum talis conceptionis est ex parte sui intentionaliter separata a pluribus, scilicet a suis inferioribus; sed ea ratione, qua est separata a pluribus non est plura: ergo natura humana ut est obiectum

oppositionis hoc non est essentialiter plura.

SECTIO IV.
Solbuntur argumenta.

450 Argues 1° ex Pho variis in locis docente hoc esse, et alias entitates habere unitatem genericam, et specificam. 2° similitudinem fundari in unitate. 3° singulare esse uno numero, et universale esse in singularibus, sed ante operationem intellectus natura humana est in singularibus, singularia habent similitudinem, et natura unitatem specificam: ergo ante operationem intellectus datur universale formaliter tale. Confirmatur ex receptissimis inter Phos acciomatibus, quorum 1um est: universalia sunt priora singularibus. 2um praedicata essentialia conveniunt singularibus ratione universalium; contingentia vero conveniunt universalibus ratione individuorum. 3um: universalia nec generantur, nec corrumpuntur, haec acciomata arguunt existentiam universalis a parte rei: ergo.

451 Respondeo distinguendo 1um autoritatem: habent unitatem genericam, et specificam fundamentaliter talem, concedo: formaliter talem, nego. Distinguo 2um: similitudo fundatur in unitate multiplici, concedo, in unitate numerica, nego. Tandem distinguo 3um: singulare est unum numero, et universale est in singularibus multiplicatum, et unum, concedo: formale multiplicatum non: similiter distincta minori nego consequentiam. Igitur entitates a parte rei habent unitatem genericam, et specificam fundamentalem; quia fundamentum praebent, ut ipsum formaliter genericum, vel specificum essentialiter adunetur, et fiant unum. Si ipsum hic sit pars materialis abstrahibilis per aliquid est genus; si sit pars abstrahens, est differentia; si utraque simul est species. Similitudo autem fundatur in multiplici unitate: quia natura humana quae est in Petro una est, natura humana, quae est in Paulo alia est: et ejusmodi similitudo non fundatur in unitate alia, quae realiter sit communis Petro, Paulo, et ceteris. Singulare unum quidem numero est; universale vero

d; singularia unius multiplicatur et unum: licet quod a parte rei dicitur ratio multiplicatur in singularibus non tamen e contra, sed fluxus rationis videlicet a parte rei non est formaliter universalis.

Ostenditur ex axiomatis hic est: universalia non sunt priora universalibus prioritate rationis et consequentia: quia bene valet ab affirmatione praedicati singularis ad affirmationem universalis ut est Petrus: ergo homo: ergo animal, et non autem bene valet ab affirmatione praedicati universalis ad affirmationem singularis; hoc enim non est recta illatio est homo: ergo Petrus, est animal: ergo homo: et prioritate rationis non sunt priora universalia singularibus. Probatur 2º est: praedicata essentialia conveniunt singularibus ratione universalitatis ut hoc sunt ratione nostra sive per se; similiter contingentia praedicata conveniunt universalibus ratione individuorum, ut universalia sunt ratione nostra: nec est Petrus et homo et sunt in se nulla distinctione habent et ut sunt in illa distinctione habent et in hoc sola vere sunt causales ut; ideo Petrus est risibilis, quia est homo; ideo homo currit quia currit Petrus, quare prior est de praedicato essentiali, posterior autem de contingenti.

At quae operationes in illis non datur universale, ratione cuius formaliter ut talis singularibus conveniant praedicata essentialia, et cui ratione singularium conveniant praedicata contingentia natura similiter quae operationes illis singulares sunt. Ostenditur 3º ex axiomatis est praedicata essentialia sunt in illa per rationem abstrahendo a. generatur corrumpitur; quia ut sunt in illa distinguntur a singularibus, et ut sic dicta nec generationi, nec corruptioni subjacet, ad praedicata universalia specificative sumpta, sive ut sunt in se generatur, et corrumpitur. quia sic sunt singularia, sive individua realia.

Arguens 254

2º Petrus et Paulus a parte rei non distinguuntur formaliter inter se, sed solum materialiter ut distinguntur solum in esse talis, et talis hominis non autem in esse hominis; sed ea ratione, qua Petrus et Paulus non distinguuntur, sunt unum: ergo Petrus, et Paulus a parte rei sunt unum formaliter, et consequenter natura illorum est universalis formaliter

liter. Probatur 1°: Prus, et Plus a parte rei non sunt plures in specie fra-
li: ergo sunt unum. 2°: nil potest definiri unica definitione, nisi quatenus unum:
sed Prus et Plus quatenus homo definiuntur unica definitione: ergo sunt unum.
Respondeo distinguendo maiorem: Prus et Plus a parte rei non distinguuntur realiter
inter se distinctione solum opposita unitati similitudinis, concedo: distinctione opposita unita-
ti indivisionis realis, nego maiorem; et omissa minori, nego consequentiam.

Ratio adjuncta maioris
255 solum probat, Prum et Plum a parte rei esse unum unitate similitudinis, sive probat solum, quod sint similes, in tan-
tum, scilicet, solum potest dici ipsos non distingui in esse hominis ex eo autem quod Prus et Plus a parte rei
sint unum unitate similitudinis solum infertur carere illa distinctione, quae unitati illi opponitur,
carere, scilicet dissimilitudine, sive infertur solum non esse dissimiles in ratione hominis, de vero autem
non verum infertur Prum, et Plum esse unum unitate identitatis, sive unitate opposita divi-
sioni reali et quantitativae distinctioni, imo infertur oppositum: quia eo ipso quod sint similes, sunt
duplex unitas, duplex homo, et consequenter ratio hominis in ipsis ante operationem intellectus multiplex est,
et divisa, non una, nec indivisa indivisione propria qualis requiritur ut esset univer-
salis realiter: quia ut saepe diximus unitas similitudinis solum quoad vocem et improprie
est unitas, sive indivisio.

256 Maior omissa, quia universaliter intellecta falsa est ut pa-
tet his retorsionibus, Prus et Plus ante operationem intellectus non distinguuntur per rationem, si-
ve distinctione rationis: ergo ante operationem intellectus sunt unum per rationem. 2° in Petro, et Paulo
non datur distinctio lapidea, siquidem non sunt duo lapides: ergo datur identitas la-
pidea. Utraque consequentia ut patet prava est. Igitur propositio maior ita debet explicari,
ut verum sensum habeat; ea quae non sunt duo, sive plura in aliqua ratione, in ea sunt
unum, si supponantur participare talem rationem, concedo: si non supponantur participare ta-
lem rationem, nego. Hinc constat irrecitudo utriusque consequentiae retorsionum a nobis factae:
quia cum ante operationem intellectus nec distinctio, nec identitas rationis detur, Prus, et Plus
ante intellectus operationem nec distincti, nec identificati per rationem erunt quia ante intellectus ope-
rationem participare nequeunt praedicatum consistens in operatione intellectus: similiter cum ratio-

in lapidis non partipent in unus, nec duo lapides erunt.

Hinc patet solutio ad instantiam 417

omnes, ad quam necesse concedere non constat: quia cum a parte rei non detur species formalis, haec similiter datur solum post operationem intellectus. Petrus et Paulus a parte rei non sunt plura nisi sunt unum in specie formali. Hinc dicendum distinguo maiorem: nihil potest definiri unica definitione, nisi quatenus unum unitate fundamentali, concedo: nisi quatenus unum unitate formali, nego maiorem; et omissa minori, nego consequentiam probat supra praesentium cum specie reali, ad quam quaeritur: quod Petrus, et Paulus sunt unum unitate fundamentali, seu similitudinis, concedo: unitate formali, et quod idem tantum, nego consequentiam. Ut Petrus, et Paulus quatenus inadaequate per operationem intellectus definiantur unica definitione, sufficit, quod habeant unitates similes, sive naturas similes, quae sint fundamentum ut ab illis intellectus abstrahat naturam hominis, quae ex vi talis abstractionis sit essentialiter una, et sic unica etiam definitione definiatur.

Instabis: natura 418

humana a parte rei est indivisibilis in plures naturas formaliter distinctas; sed ea ratione, qua est indivisibilis, est una: ergo natura humana, a parte rei est una formaliter et consequenter universalis. Confirmatur: repugnat quod Petrus, et Paulus non sint eiusdem essentiae: ergo repugnat, quod non sint eiusdem naturae: ergo natura est illis eadem est, et una. Distinguo maiorem: natura humana, a parte rei, est indivisibilis indivisibilitate multiplici, concedo: indivisibilitate unica, nego maiorem: quia natura humana a parte rei est plures homines, quorum quilibet est indivisibilis in plura similia: unde natura humana a parte rei erit plures indivisiones, et plures unitates; non tamen unica unitas, et consequenter non erit una, et indivisa, nec universalis. Hinc constat sensus minoris; quia cum natura humana a parte rei sit indivisibilis per plures indivisiones erit una multiplici unitate, sive erit una collectio individuorum, et unica collectio autem est multitudo, quam unitas.

Ad confirmationem distinguo antecedens: repugnat 419

nat quod Petrus, et Paulus non sint eiusdem numero essentiae, nego: non sint eiusdem speci-

specie essentiae, sub disiunctione: repugnat, quod non sint eiusdem speciei essentiae fundamentaliter tali, quando: eiusdem speciei essentiae formaliter tali, quae operationes illius, non. Similiter consequenti explicato non ultimum consequentis quoad primam partem, et quoad 2. quando de unitate similitudinis, quae sufficiens genus est, ut reddat naturam eandem, seu unam unitate propria, et constitutiva universalis.

Arguens 3.: natura humana, quae est

460 Petro pro quo concipitur veritate ut communicabilis; sed quod pro quo concipitur ut communicabile non dicitur ut communicabile: ergo natura humana Petri non est de se communicabilis. Consequentia 1.: natura humana non est secundum se communicabilis; natura humana, quae est in Petro non est secundum se communicabilis. 2.: quod convenit naturae humanae secundum se convenit illi ut abstractae ad inferiora; sed naturae humanae secundum se convenit esse communicabilem inferioribus: ergo naturae humanae ut abstractae ad inferiora convenit esse communicabile: ergo natura humana, quae in Petro est convenit esse communicabilem pluribus, consequenter est universalis. Distinguo maiorem, concedunt natura humana, quae in Petro est pro quo concipitur veritate ut communicabilis praecisive, et formaliter per abstractionem, scilicet absque communicabili a quo, ut communicabilis positive attingendo ex parte obiecti positivam communicabilitatem, non maiorem; distinguo similiter minorem, quod pro quo concipitur veritate ut communicabile positive attingendo scilicet ex parte obiecti positivam communicabilitatem non est de se communicabile, quando: quod concipitur ut communicabile praecisive et formaliter per abstractionem scilicet absque communicabilitate, non minorem, et consequentiam.

461 Itaque per hanc operationem abstractivam primo concipitur natura humana, quae est realiter in Petro praescindendo ab individuatione ab ipso Petro fit consequenter ab illa communicabilitate, quam Petrus habet est quo solum ipsa natura Petri pro quo concipitur communicabile, praecisive scilicet absque communicabilitate, non autem fit ut concipitur ut communicabilis: quia ad hoc opus erat, ut operatione abstractiva primo correspondere ex parte obiecti positiva communicabilitas, quod falsum est. Sed ad 1. ultra

ostraone dil. 3uo maior, natura humana numerica, Pte. non est secundum se communicabilis, nego maiorem, quia natura humana collective sumpta, concedo maiorem, dist. 3uo etiam minorem, sed natura humana, quae est Pro est natura humana numerica est singularis, concedo: quia natura humana collective ~~sumpta~~, nego minorem, et consequentiam.

Ad 2um ostraone dist. 3uo maiorem, quod convenit intrinsece, et positive naturae secundum se convenit illa, concedo maiorem: quod convenit intrinsece precisive, seu ratione precisionis convenit illi, ut abstracte, nego maiorem. Dist. 3uo minorem, sed naturae secundum se convenit intrinsece, et precisive esse communicabilis, nego minorem ex intrinsece, et precisive, sive ratione precisionis, concedo minorem, et nego utramque consequentiam. Duplex genus predicatorum naturae secundum se conveniat: possunt, secundum ~~...~~ considerationem, quae intrinseca sunt, et essentialia naturae, ad quod sequitur pertinet vel ut essentia, vel ut passiones, hoc modo, convenit naturae humanae esse rationale, risibile etc.

Hoc ... genus predicatorum retinet natura ... ratione ... et sic quodlibet individuum naturae humanae est animal rationale, risibile etc. Secundum genus predicatorum convenit naturae ... sed solum ratione precisionis, sive considerationis precisivae, sic naturae convenit universalitas realiter et indivisibilitas ... naturae numero distas indivisibilitas, scilicet essentialis, vi cuius essentialiter indivisa est, sive una; predicata autem haec ut potest extrinseca naturae considerate ... essentialia, natura non retinet ... ratione, unde illa a parte rei nec verificatur ... esse universalis ... realiter, nec essentia ... relative communis, aut ... nec una realiter, sive ... pluralis ... multiplex, divisa ... pluraes naturas numerice distas.

Argues 4° natura humana 464 na secundum se, est realiter universalis, est realiter singularis: si primum cuilibet individuo ostrahat naturam humanam secundum se quodlibet erit universale, quod est absurdum.

465 Si dices: natura humana secundum se non est universalis, idem quod est formaliter singulare nequit esse universale. Ad solutionem nota primo tunc naturam humanam secundum se ut explicatur vocibus his, non dari a parte rei secundum totum quod dicit est quidem de recto denominativum dicens in recto naturam humanam secundum praedicata essentialia, et obliquo cognitionem inadaequatam abstrahentem talia praedicata ab inferioribus, vi cujus abstractionis natura fit exercite una, et universalis formaliter. Hoc supposito respondeo naturam humanam secundum se et acceptam solum secundum praedicata essentialia non esse formaliter singularem, nec exercite, nec signate; non signate: quia per hanc cognitionem hoc non constituitur natura humana, et singularitas aliqua non exercite; quia per cognitionem hoc non constituitur natura in esse singularibus cum potius a singularibus denudatur, vi ipsius cognitionis; esse autem formaliter universale exercite, non vero signate: est universalis exercite: quia vi cognitionis hoc constituitur natura praecisive una, et apta esse in multis: non est universalis formaliter signate: quia ad hoc opus erat ut per ejusmodi cognitionem cognosceretur universalitas naturae, quod falsum est; cum ejusmodi universalitas formaliter consistat in ipsa cognitione hoc.

466 Majoris claritatis gratia adde quae primam partem distinctionis: natura humana secundum se est formaliter signate non; exercite concedo. Ratio hujus partis non urget, quia licet quodlibet individuum participet in essendo naturam humanam, non tamen participat quod illud in se habet solum ratione cognitionis praecisivae, unde cum natura humana ratione talis cognitionis sit universalis, exercite individuum participet rationem hominis, non inferius participare rationem universalis. Argues demum: ut producatur homo non requiritur, quam producatur Petrus, aut Paulus; sed natura humana est indifferens ut producatur in Petro, aut Paulo, et consequenter ut sit in quolibet per identitatem. Confirmatur: si Deus ita discerneret, volo producere hominem, ex vi hujus decreti maneret indifferens ad producendum in Petro, aut in Paulo naturam humanam: ergo natura humana est de se indifferens, ut producatur, et sit in Petro, aut in Paulo. Respondetur ut Deus producat, ~~aut determinate~~ hominem, non requiritur, quod producat determinate Petrum, aut determinate Paulum: quia ex vi illius decreti maneret Deus indifferens: Ro

Respondeo distinguendo ans: ut producatur homo, qui est Petrus, non requiritur, ut producatur Petrus, non ans: ut producatur homo alter, qui Petrus non sit non requiritur, ut producatur Petrus, cedo ans, et nego cons. q[uia] a parte rei non datur, nec producitur homo ut sic, ut solum curru, et producitur talis homo, scilicet, aut Petrus, aut Paulus, qui cum universale formaliter non sit, nec universalis erit natura a parte rei; ad secundam confirmationem distinguo ans: si Deus ita decerneret &c. maneret indifferens ad producendum Petro, aut Paulo naturam humanam, id est ad producendum Petrum aut Paulum, cedo: id est ad producendum Petro naturam humanam Paulo non aut, Paulo naturam humanam Petro, nego ans. Ad primam distinguo etiam ans: ut Deus producat hominem qui sit Petrus determinate, aut hominem qui sit determinate Paulus non requiritur &c. nego ans: ut Deus producat hominem, qui nec sit Petrus, nec Paulus, sed vel Franciscus, vel quilibet alius non requiritur &c. cedo ans, et nego cons. Igitur licet vi cujus decreti volo producere hominem, non determinetur Deus ad producendum Petrum, aut ad producendum Paulum determinat determinatum autem ad producendum vel Petrum, vel Paulum vel Franciscum cum homo seu natura humana aliter produci non possit, nisi producatur aliquis homo. 467

SECTIO V.

Quae restant contra secundam solutionis partem solbuntur.

Unitas specialis ... nostra parte ... quae ... unitati specifica ut tale ... quae pro ... a parte rei militant, ... solvimus, quae autem contra ... universale ... solvenda supersunt. Argues ... unitas similitudinis non est sufficiens ... universale formale constituendum, ut saepe diximus nos: ergo nec unitas specialis sufficiens erit. Praeterea ... ideo unitas similitudinis non sufficit ad universale formaliter ut tale, quia compatitur cum pluralitate, seu multiplicitate reali, et non est propria unitas; sed etiam unitas specialis est propria unitas, et compatitur cum pluralitate reali: ergo si haec non sufficit, nec etiam illa sufficiet. 468

469 Respõo negdo ~~sequentiam. Ad primã nõ valet; nam nõ propter quod unitas similitudinis nõ sufficiat, nõ est perfecta, qua nã designatur; sed quia ex vi similitudinis precise nõ concipitur aliquid unum, sive unitate intrinseca, sive extrinseca, sed potius concipitur multitudo. Hinc est, quod quãvis similitudo dicatur unitas et vera, per nõ est nisi penes voces; quia scilicet est fundamentum ad unitatem intentionalem, quae per hoc quod differt vera unitas, facit quod unum verè unum aliqua ratione. Praeterea intentionaliter, nam vi ipsius natura manet intentionaliter indivisa, et apta est, sit, et per dicatur de quolibet individuo, contra quod universalis.

470 Arguitur 2º: per hanc cognitionem
hoc nõ recipit natura humana unitatem aliquam secundum quam possit praedicari de Petro, et aliis individuis, quia nõ recipit unitatem propriam universalis: quod hoc nõ est unitas intentionalis in cognitione abstractiva consistens. Probatur ans: illa natura nõ potest vere praedicari de Petro, nisi sit in Petro; sed ex eo quod natura abstrahitur, sive precise concipiatur, nõ habet esse in Petro, nisi fuerit antea in Petro: quod per cognitionem hoc nõ recipit natura humana unitatem, secundum quam possit praedicari de Petro. Respõo distinguendo ans: per hanc cognitionem hoc nõ recipit natura humana unitatem aliquam, secundum quam eadem realiter in omnibus natura possit praedicari de Petro, et ceteris, cõdo: eadem intentionaliter natura possit praedicari, nõ ans. Ad probationem concessis premissis, sequentiam similiter distinguendum est; cognitio enim abstractiva nõ facit quod natura quae est realiter in Petro, sit realiter in [illegible] Petro; et extra; sed facit quod natura cujus natura [illegible] est in Petro, et eadem intentionaliter cum natura quae est in Petro juxta [illegible], re[illegible] sine intentionas, Pauli,
68. et Pauli identificari realiter inter se: nam licet sint eadem realiter inter se, quae sunt eadem unitate identitate reali, nõ vero ea, quae sunt eadem unitate identitate rationis, sive identitate intentionali.

Arguitur
471
3º: si natura reciperet in cognitione unitatem universalem [illegible], sive unitatem universalis constitutivam eadem natura a diversis cognitionibus cognita esset plura universalia: quia multiplicato fundamento multiplicatur unitas; sed hoc nõ est

dicendum: 2. Objectio hac obrepiad retorsione quaelibet scientia ut sup-
ponenti constabit. Respondeo cum Eximio Doctore negando majorem: cujus ratio non
urget, quia ex illa solum infertur multiplicare universalitatem; non vero u-
niversale concretum; et ratio est: quia in ejusmodi concreto unitas sumitur a subjecto,
sive ab eo, quod se habet per modum subjecti, quod hic est natura, quae se habet per mo-
dum subjecti eademque sit essentialiter, quibuscumque cognitiones multiplicentur; inde est, quod licet
universalitas multiplicetur, non multiplicatur universale: ad modum quo
paries visus non multiplicatur, licet multiplicentur visiones.

Arguitur 9° intellectus ~~[illegible]~~ 472
nequit mutare res, et quantitates, quae hic sunt in se, et intrinsece singulares: ergo nequit
illas facere universales. Confirmatur 1°: si universale daretur post operationem
intellectus, daretur etiam a parte rei; sed non datur a parte rei: ergo nec post ope-
rationem intellectus. Probatur major: constitutiva universalis dantur a parte rei; si-
quidem a parte rei datur natura; et cognitio abstractiva; ~~[illegible]~~ sed si constitu-
tiva dantur a parte rei, datur etiam universale: ergo. Confirmatur 2°: si
unitas cognitionis extrinseca naturae sufficeret ad constituendum naturam univer-
salem, natura humana etiam ut cognita in quolibet [illegible] esset universale metaphysicum; si-
quidem in quolibet [illegible] habet unitatem extrinsecam: sed hoc est falsum: ergo. Respondeo distinguen-
do majorem antecedentis: intellectus nequit mutare intrinsece res, concedo: intrinsece, subdistinguo
majorem, et minorem; et claritatis gratia distinguo consequens: ergo intellectus nequit eas fa-
cere intrinsece universales, concedo: extrinsece, nego consequentiam.

Igitur nulla operatio datur 473
in eo quod, non est intrinsece realiter et in se singulare est, qualis est quaelibet natura
a parte rei existens extrinsece fiat universale, nempe [illegible] et distinctionem, et
unitate essentiali. Ad 1^am confirmationem nego majorem; quia ipsi adversarii negant adver-
sarii, dicant universale existere a parte rei nunquam [illegible] concedunt praecise,
constitutiva universalis esse in vero, et reali, prout hoc opponitur [illegible] impossibile, et

ficto; qui dicunt universale existere a parte rei realitate independenti ab operatione intellectus. At hoc namus nos quidem duplicem conditionem, et naturam, unit universalis constitutiva, universalis tamen non existit a parte rei prout existere a parte rei est existere realitate independenti ab operatione intellectus, talia enim constitutiva, talis deinceps ab intellectus operatione dari possunt, ut per se patet.

474 Ad 2 instantiam dicimus naturam, cujus praecisa non unificat disparitas est; quod omnipotentia, sicut, et quaelibet alia causa licet sit una, non est praecisiva; cum non posset tribuere esse nisi singularibus et talibus; et propter non potest constituere naturam unam, et omnium. At conditio est praecisiva, praecipue quia praescindit naturam a singularibus; cum autem singularitates sint id per quod plura distinguuntur inter se, et sunt divisa, ratione praecisionis natura manet praeter sine propria distinctionis, et divisionis, ac proinde manet indivisa et una praecisive, propter quod universalis.

475 Ad calcem quaestionis nota ut radicem hanc objectionem contra nos ut Illustrissimus Palacio, dicimus, non ut probet universale existere a parte rei, sed ut probet propria constitutiva universalis consistere in unitate objectiva ab intellectu ficta, et ex conditione praecisiva resultante, conditionem habere nititur a constitutione universali praeter ut talis [illegible] sed cum fictiones has et resultantias impugnaverimus supra, opus non erat, ut illis rejiciendis immoraremur adhuc; licet enim tractatus impugnationes praesenti mererentur adversus; sententiam Illustrissimi Palacio, Thomistarum impugnando denuo 1°, ex Angelico Doctore opusculo 56 dicente: Dicitur universale unum unitate conditionis quod conditio, non vero fictio aliqua est unitas illius constitutiva. Insuper 1a parte quaestione 85a articulo 2° ad 2m sic habet: cum dicitur universale duo intelliguntur, scilicet ipsa natura rei, et abstractio, sive universalitas: quod ipsa conditio abstractiva est pro formali universalitas. Ubi plura alia An-

felici Praeceptoris testimonio non minus apta, et clara pro nostra sententia. ;

Impugnatur 2° a paritate formae constitutivae distinctionis rationis, quae non est negatio aliqua, quae sit obiectiva praecisionis, sed ipsa formalis praecisio, sive cognitio, ut satis probavimus capite praecedenti: ergo forma constitutiva universalis metaphysici pro formali est ipsa abstractio, non vero unitas obiective facta, et attacta per abstractionem, atque ratio privativa, sicut haec accomodatur pro cognitione praecedenti: itaque natura realiter multiplex est formaliter et essentialiter una, est forma constitutiva universalis metaphysici, est abstractio est forma, quia natura realiter multiplex est formaliter essentialiter una: ergo abstractio est forma universalis metaphysici constitutiva. Minor probatur: non esse essentialiter et cognosci: ergo plura non esse essentialiter plura, sed formaliter non plura, et contra formaliter unum, est plura formaliter non cognosci, sed per abstractionem non cognosci contra plura, sive pluralitas, aut singularitates naturae: ergo abstractio est formaliter forma in cuius plura essentialiter sunt non plura, sed formaliter unum: ergo. 470

Probatur: universale metaphysicum non est quid fictum: forma constitutiva illius est unitas obiective ab illo facta. Ante probatur: nam natura humana metaphysice sumpta non est quid fictum; sed natura humana metaphysice sumpta est universale metaphysicum. Maior constat quia hoc non est quid fictum, aut chimaericum. Sed dices cum P. Lacó: natura humana ut sit universalis, debet esse obiective una, et contra obiective divisa; sed obiective una est, et divisa dicitur realis ... rei, sive ratione divisionis: natura sit universalis rei cuius capacitatis, seu rationis obiectivae tandem fit: dum rationem, et unitatis eius natura non habeat rationem suam, debet ipsa resultare ex ratione abstrahente et facta: sicut ab hoc oculus abstractos ex tali abstractione resultabit, hoc capacitatis visus, distrahebatur abstractionis: ergo quando ipsius abstractio fit vel sive cognitionis naturae a singularibus, resultabit natura capacitatis divisionis, sive unitas abstracta a cognitione abstractiva. ;

478 Respondeo distinguendo minorem: obiective unum, et obiective indivisum dicit necessario carentiam, seu rationem obiectivam formaliter talem, seu intrinsecam obiecto, nego minorem: dicit necessario carentiam, seu rationem obiectivam, quae talis sit tantum extrinsece, concedo. Quia unio abstractiva, quae formaliter est unitas requisita ad universale, est ratio, et carentia logica divisionis, quae iuxta nos obiectiva dicitur; non quia intrinsece ex parte obiecti se habeat, sed quia constituit obiectum exercite intentionaliter obiective praecisum ab inferioribus, a quibus abstrahitur. Ad confirmationem, omisso antecedente propter suppositum falsum rationis physicae. Nego consequentiam. Disparitas est: quia in permixtione physica, ideo ex prima abstractione resultabit carentia aliqua, quia aliquid revera destruitur per abstractionem vero intellectus re vera nil destruitur, nec tollitur physice a natura identitas cum inferioribus; sed solum intentionaliter dividitur, et separatur: hoc autem intentionalis exercita ab inferioribus separatio, quae est formalis intentionalis unitas naturae, pro formali sufficit cognitione inadaequata ut saepe diximus sine ad hoc aliud quod necessarium sit.

CAPUT II.

Per quos actus fiat, et constituatur universale metaphysicum, eiusque aptitudo explicatur &c.

SECTIO I.

Aliqua supponuntur, et nostra sententia probatur.

479 Constat ex praecedentibus universale formaliter a parte rei non dari, sed per operationem intellectus; constat insuper per illum actum, per quem fit universale formaliter constitui in esse talis abstracti aliquam resultantiam ex actu, sive cognitione in obiecto. ~~[illegible]~~ Inquirimus modo, quisnam sit actus ille intellectus efficiens,

et constituens universale formaliter ut tale ad cuius resolutionem supponatur intellectus duplex munus exercere. Primum est, producere species spirituales impressas. Secundum est producere intellectionem, sive cognitionem. ex primo munere intellectus dicitur agens, et ex 2do dicitur possibilis, vel, ut alij vocant possibilis. Hinc duplex abstractio naturae a singularibus distinguitur Thomistis, prima est intellectus agentis qua a phantasmatibus, sive speciebus sensibilibus repraesentantibus naturam cum conditionibus materialibus abstrahit naturam universalem, producendo scilicet speciem intelligibilem, quae naturam sine singularitate, et alijs materialibus conditionibus representat, atque hanc ergo sive abstractionem sive speciem spiritualem imprimit, sive ponit in intellectu possibili.

Secunda abstractio propria est intellectus 480
possibilis, qui fecundatus, et actuatus specie praedicta producit, seu elicit intellectionem repraesentantem id ipsum, quod talis species representabat, actus enim hic, sive cognitio, qua natura [illegible] formaliter sine singularitatibus dividitur in abstractionem negativam, et positivam, abstractio negativa (quae melius praecisiva apelatur) natura a singularibus, est actus, sive cognitio qua formaliter cognoscitur natura, non cognitis singularitatibus, ut hoc apprehensio hominis per quam ita cognoscitur natura humana, ut per eam nec refferatur, nec comparetur cum inferioribus; ideo et simplex abstractio apelatur. Positiva abstractio est cognitio qua [illegible] formaliter [illegible] a singularibus, simulque attingit singularitates, ut actus quo intellectus reflexe cognoscat, naturam participabile a pluribus esse sine distinctione; apelatur ergo ab aliquibus abstractio separativa, quia respicit naturam ad inferiora, et quam abstractam a quo separata est: ab alijs abstractio hoc positiva confunditur cum actibus alijs intellectus possibilis, qui operationes simplices, vel composita dicuntur.)

Igitur abstractio separativa alia dicitur simplex, alia composita: simplex separatio est quando intellectus apprehendit sive cognoscit naturam, ut aptam esse in pluribus, ut cognitio haec, natura communicabilis per Petrum, Paulum &c. Separatio composita est quando hoc idem obiectum judicative cognoscitur, ut actus hic, natura apta est ut sit in Petro, Paulo, &c, sive natura humana est in Petro, Paulo, &c, dicuntur actus hi separative, sive 481

operatio, quia vi sua ... referunt rationem ad plura, sive ad inferiora ... ad ... ad quae: vocatur etiam actus ejusmodi reflexivus, quia reflectitur supra ipsius abstractionem rationem, sive praecisivam. His ita suppositis, fuit difficultas de utrum unitas universalis metaphysice formaliter ut talis sufficienter constat in cognitione abstractiva praecisiva, et per hanc fiat universale, an requiratur alius actus ... per quem fiat. Et quidem operationem oppositam non requiri ad universale metaphysicum ut tale, ut certum omnes supponunt; ad alios actus difficultas reducitur.

482 Sit 1a conclusio communis: operatio illa ... non sufficit ad ... existentiam universalis sive quod idem est universale metaphysicum non fit per speciem impressam ... per ... illius ... ita ... Scotus cum nostris, et ex Thomistis non pauci ... Thomistas alios. Probatur conclusio: operatio illa ... quia non sufficit ad ... unitatem rationis non sufficit ad ... existentiam universalis, requirit enim universale ... sive ea unitate, sed operatio ... non sufficit ad efficiendam unitatem rationis. Minor probatur 1o: operatio ... non dat rationem unitatis ... rationis; sed unitas universalis est unitas rationis juxta ... Thomam supra prelatum; ergo operatio ... non dat rationem unitatem universalis. Probatur 2o ... unitas universalis est unitas rationis, et ... realis, non realis; sed operatio ... non sufficit ad efficiendam unitatem rationis, et ... ergo. Minor hoc probatur: per operationem ... obiectum non habet esse ... formaliter; neque esse ... formaliter est esse ... ergo.

483 ... formaliter per speciem impressam ... per ... constituting denominationem ...: quia species solum ... active cum ... ad efficiendam ... sua est ... talis denominationis: ita similiter per speciem impressam objectum solum habet esse in actu 1o, seu virtualiter, universale; non vero formaliter, sive in actu 2o: quia ... species se habet solum ... causa effectiva, et extrinseca causa ... unitatis ..., quae est unitas rationis. Sit 2a conclusio: abstractio praeci-

[illegible] natura praecisa a singularitatibus sufficit ad universa-
le formaliter [illegible] communis nostrorum contra communem Thomista-
rum, nobiscum tamen sentiunt aliqui Thomistae, inter quos Illustrissimus Salga-
do, et cum Thomistis Pater Poncius. Conclusio probatur: natura formaliter
a singularitatibus distincta est formaliter universalis; sed abstractio praeci-
siva sufficit ad efficiendam naturam formaliter a singularitatibus distinctam;
ergo et sufficit ad efficiendum universale. Minor patet: nam hoc abstractio naturae
humanae, aut hoc homo, quod est pure praecisiva exercite distinguit naturam
a singularitatibus. Maior ostenditur: natura formaliter distincta a singula-
ritatibus est formaliter non multiplex: ergo est formaliter una, semper ut sic
distincta apta est, ut sit multiplicata: ergo ut sit distincta est formaliter una, ap-
ta ad multiplicationem, consequenter ergo est formaliter universalis. Sic 3ª relatio abs-
tractio positiva, nec simplex comparatio superaddita supra abstractionem praecisivam
non requiritur ad universale metaphysicum formaliter ut tale.

Est communis et [illegible]
inter Nostrates, contra Patrem Poncium, et plures Thomistas; faci-
le ex dictis probatur: nam cognitiones hae: Reflexe natura est in se taliter
[illegible]; natura humana per cognitionem hominis abstracta a Petro,
Paulo, etc., et similes supponunt abstractionem praecisivam directam per quam
fit ut praecise maneat universale metaphysicum: ergo ad hoc non requiri-
tur ullus ex praedictis actibus. Constat confirmatione haec, quia id non requi-
ritur ad denominandum universale existens, saltem 1°, quod supponit universale
iam existens, et factum. Dixi ad denominandam existentiam, saltem 1° universalis: quia
non est contra relationem rationem, quod per eos actus natura fiat 2° universa-
lis sive serviet in illis universalitate, ut postea dicemus.

SECTIO II.

Objectiones contra jactas Conclutiones solbuntur.

285 Objiciunt 1° Thomistae contra 3am conclusionem Divus Thomas opusculo 55 et alibi docet: universale fit per actionem intellectus depurativam naturae a conditionibus materialibus, quae sunt hic, et nunc; sed actio intellectus depurativa est operatio intellectus agentis: ergo. Respondent adversarii Dominicani nostri fieri per actionem intellectus depurativam fieri mediate, et dispositive non vero formaliter et immediate universale: quia tamen actio illa depurativa quam dicunt esse productionem speciei intelligibilis praecedit per se, necessario concurrit ad cognitionem, qua formaliter fit unum universale, sive qua formaliter fit universale. Objiciunt 2° in nostram contra eandem conclusionem intellectus singulare, et universale necessario non datur medium; sed natura per intellectum agentem abstracta non est singularis: ergo est universalis: ergo. Confirmatur: illa actio efficit unum, et universale metaphysicum, quae tollit pluralitatem, et naturam dat naturae differentiam; sed actio intellectus agentis ita se habet: ergo.

Respondeo ad argumentum

286 omissa majori, distinguendo minorem: non est singularis in causa extrinseca, seu intellectu agente, concedo: non est singularis in se, seu absolute, nego minorem. Distinguo consequens: est universalis in causa, seu fundamentaliter, concedo: formaliter, et absolute, nego consequentiam. Distinguo confirmationem majorem: efficit eo modo quo tollit pluralitatem, concedo: diverso modo, nego majorem. Distinguo minorem: actio intellectus agentis tollit effective, aut virtualiter, concedo: formaliter, nego minorem: quia solum per cognitionem tollitur formaliter singularitas; per species vero solum virtualiter: unde natura per species expressa est universalis solum causative, seu in actu 1°, et dispositive, quatenus ea species acti-

tive

tive concurrit cum ille ad conditionem, per quam fit formaliter universalis. Arg.

Contra 487

oclusionem objicies 1°: per abstractionem praecisivam non attingitur natura obiective ut una potius quam ut multiplicata: ergo natura per cognitionem praecisivam non fit universalis. Confirmatur 1°: ad universale formaliter tale requiritur, quod natura habeat pro statu obiectivo adaequatam divisionis rationem; sed hanc rationem non habet natura nisi per abstractionem positivam: ergo non sufficit abstractio praecisiva. Confirmatur 2°: ex Divo Thoma de ente et essentia capite 4° dicente: non potest dici quod ratio universalis conveniat naturae ut sic acceptae, quia de ratione universalis est unitas, et communitas: ergo naturae humanae secundum suam absolutam considerationem qualis est abstractio negativa, seu praecisiva, non convenit unitas, et communitas: ergo nec ratio universalis ad obiectionem secundo antea non cognitam: et si ergo ex parte obiecti signate atque non respiciat unitatem potius quam multiplicationem naturae; hoc non tollit, quod exercite vi ipsius abstractionis, natura fiat una eo modo, quo fit divisa a singularibus, et formaliter et specialiter cadens multiplicata.

Ad 1am confirmationem respondeo distinguendo maiorem: ad universale requiritur quod natura habeat signate et repraesentative pro statu obiectivo adaequatam rationem divisionis, nego; habeat exercite, concedo maiorem: et nego consequentiam ad universale constituendum solum requiritur quod natura habeat eam indivisionem; non autem requiritur, quod talis ratio, et indivisio respiciatur et cognoscatur: imo actus, qui naturam respicit cum tali indivisione, supponet jam naturam constitutam in esse universalis, siquidem ad eam ut unam terminabitur. Ad 2am confirmationem ex Divo Thoma respondeo Sanctum Doctorem docere solum, naturam non esse in triplici universali, eo quod si talis esset in quolibet individuo esset universalis, quod aperte falsum est: Dicendo quod natura secundum se, seu secundum praedicata essentialia, cui non convenit in triplici universalis [illegible] convenit vero ex triplici, et exercite vi cognitionis abstractivae et praecisivae, de patet sensus ..., quo acceptis consequens ad adver 488

partis illatis.

489 Objicies 4° contra 3 conclusionem: universale est relativum ad multa, et ut tale explicatur: ergo constituitur per actum relativum, seu comparatione naturae ad multa. Vel nego 1m antecedentis partem, vel illius distinguo: est relativum tantum taliter, concedo: formaliter, nego. Distinguo etiam 2m ejusdem antecedentis partem; et ut relativum explicatur tantum ut denotante modum, quo explicatur, concedo: denotante rem explicatam, sive relationem explicari, nego antecedens, et consequentiam. Licet igitur universale explicari nequeat nisi per connotationem, aut definitionem formaliter relativam, et consequenter expresse referentem naturam ad multa; sed tamen explicari, et per explicatur per connotationem, et definitionem, quod non exprimat formaliter et signate relationem, ac proinde universale non constituitur per aliquid relativum formaliter. Sic licet identitas realis cum reali explicari nequeat nisi per connotationem expresse referentem realem ad realia; talis tamen identitas non est quid formaliter relativum.

490 Universale ergo metaphysicum est formaliter quid absolutum, quod naturae convenit ex modo, quem habet ipsa natura ex vi abstractionis praecisivae, qui modus stat praecise in natura non repugnantia, et nativa aptitudine ad essendum in pluribus; haec autem aptitudo absoluta est, quod inferiora absolute ingreditur: at quia hic modus explicatur per connotationem formaliter relativam pariter est definitio universalis, ideo universale dicitur relativum tantum taliter. Objicies 5°: universalitas est 2a intentio, ergo supponit 1a; sed 1a intentio est abstractio ... intentionem nativam abstractionem supponit, sed universalitas non supponit universalitatem: ergo abstractio nativa, seu praecisiva non est universalitas: ergo per illam naturam non constituitur in esse universalis, pro ratione ad universale formaliter, requiritur actus qui sit comparatio naturae ad inferiora. Respondeo distinguendo antecedens: quando universalitas est 2a intentio, concedo: obiective explicatur per connotationem hanc universalitas est 2a intentio, nego antecedens, vel subdistinguo: est 2a intentio obiectiva, concedo: 1a intentio formalis, nego antecedens, igitur obiective significatur per terminum huic universalitas est simplex abstractio praecisiva per quam natura connotatur

operatio sive dictis, et per quam constituitur essentialiter una natura universalis. Cognitio hoc praecisiva dicitur 1a conceptio formalis, et objectum ipsius prima intentio objectiva, utrumque hoc praecisiva 1a conceptio appellatur per terminum universale, quatenus terminus hic, seu cognitio hoc universalitas, habet pro objecto 1am conceptionem formalem; ipsa vero cognitio universalitatis est 2a conceptio formalis, objectum ipsius denominatur 2a conceptio objectiva.

Ad 2am difficultatem dico 2o minorem sub- 491
sumpti universalitas significata per terminum universalitas non supponit universalitatem, adeo: cum sit ipsa forma universalitatis, sive cognitio praecisiva, per quam ut diximus constituitur natura ipsa universalis. Universalitas significans seu hic terminus universalitas non supponit universalitatem, nego minorem: quia hic terminus ut pote reflectivus supponit universalitatem, quam significat. Patet itaque, quid ad reliqua argumenta dicendum.

SECTIO III.

Explicatur aptitudo universalis meta physica

Diximus universale esse aptum ad identitatem cum multis, et illis multiplicabile. 492 Oportet modo aptitudinem hanc exponere, ad quod suppono, aptitudinem idem esse, ac potentiam ad aliquid; potentia autem hoc potest esse vel positiva, vel negativa: negativa est non repugnantia rei ad terminum. Positiva est virtus exigens terminum ex quo apparet jam manifestum discrimen utriusque: nam res apta negativè indifferens est ad habendum terminum. Sic aer indifferens est ad habendam lucem; res vero apta positivè indifferens non est, sed potius ratione exigentiae determinata est ad habendum terminum, sic ignis se habet respectu caloris, et essentia metaphysica, respectu suarum passionum. Aptitudo insuper potest esse, vel physica, quae est ad terminum realiter distinctum, vel metaphysica, quae est ad terminum solum ratione distinctum, vel logica, quae stat in comparatione ad legitimam consequentiam ex antecedente ad formam deductam, ut quando datur connexio existentiae ad essentiam, aut ipso hoc ad essentiam logicam.

et ita explicatur: existit: quod potest existere: est hoc: quod potest esse hoc.

Non de hac aptitudine,

493 quæ cum quomodolibet identitate etiam rationis, spatiatur; sed de aptitudine metafisica (quæ etiam logica apelatur, eo quod sit ad actum, seu terminum realiter distinctum) loquimur nobis est. Aptitudo hæc metafisica sive logica potest esse, vel positiva, vel negativa; aptitudo metafisica negativa est non repugnantia fisicalis, seu fisicalis differentia ad terminum: positiva est metafisica exigentia ad terminum. Supono 2°, universale non dari aptitudinem fisicam ad plura. Ratio est: quia universale non distinguitur realiter, a pluribus, per quod est trahibile est: et ejus aptitudo requirit [illegible] esse fisica. Supono 3°, a parte rei quælibet natura creata est singularis, et detrata suo individuo: quod requirit esse indiferens. Insuper propter eandem rationem requirit exigere identitatem cum pluribus; cum potius natura singularis, et detrata sese distinguatur realiter ab aliis individuis, et singularitatibus. identitatem cum pluribus. Ratio est: quia [illegible]

494 Hinc supono 4°, a parte rei inveniri aptitudinem logicam in natura non quidem unam, sed multiplicem juxta pluralitatem individuorum, tot licet sed fuerit singularia. Ratio est: quia de natura singulari Petri v.g. verificatur, identificatur cum Petro: quod potest cum illo identificari idem de qualibet alia natura humana respectu singularitatis cum qua identificatur: deinde hæc potentia est ad terminum, singularis realiter distinctum, distinctum tamen per rationem: quod est aptitudo metafisica sive logica. Insuper cum actus ejusmodi aptitudinis non distinguatur realiter ab ipsa aptitudine, si actus sit multiplex, multiplex etiam erit aptitudo; ipse actus non unus, sed multiplex est, sunt enim identitates naturæ Petri cum Petro, et Pauli cum Paulo, et sic de aliis quod aptitudo non una sed multiplex erit a parte rei, his suppositis.

Sit nostra

495 solutio: aptitudo naturæ universalis in abstractionis, et precisionis statu est aptitudo logica metafisica ad identitatem realem cum multis. Probatur: quia in primis natura universalis in statu abstractionis non existit fisicaliter identitatem realem cum multis, neque in eo statu natura humana [illegible]

ad identitatem realiter, nisi privative, sed illa non ... et solum ... carentia: de-
facto non excludit identitatem realem cum multis, sicuti pro conditione realiter singularis,
nec habet aliquam praeter impediens identitatem cum multis; quia pro illo statu nec exigit,
nec excludit identitatem cum multis, sed hoc est habere aptitudinem negativam, seu praecisi-
vam: ergo. Ergo haec aptitudo est ad eam realiter distinctam: quia est logica.

Sed dices: aptitudo lo- 496
gica negativa ad identitatem est identitas; sed natura in statu abstractionis non habet identitatem:
ergo nec aptitudinem logicam. Respondeo negando falsum esse in statu praecisionis, et in hoc sensu concessa
minori, nego consequentiam: quia aptitudo logica negativa ad identitatem est non repugnantia praecisa cum
pluribus identificabilibus ad identitatem, quae non repugnantia praescindit per se, et ne ip-
sa praescinditur ab identitate per hanc abstractionem hominis v.g., per quam non attingitur iden-
titas hominis cum singularitatibus, sed solum essentia hominis, quae non probet formaliter prae-
ter aliquid exigens, aut excludens realem identitatem cum illis ex dictis colliges, tum
hanc naturam logicam negativam aptam, esse tum 2a intentionis, quia convenit naturae
ut denominatae per actum, quo sit abstracta a singularibus: unde aptitudo propria
naturae universalis formaliter a parte rei non datur, sed solum fundamentaliter,
sicut ipsum universale.

Inferes 2o naturam in statu abstractionis nec esse positive aptam 497
ad identitatem cum multis, nec positive ineptam seu non aptam, ratio est: quia natura non ha-
bet vi abstractionis formaliter positivam aptitudinem, seu exigentiam, nec positivam praecisam
ineptitudinem, seu repugnantiam ad identitatem cum multis; siquidem natura ab-
stractionis praescinditur tam a multiplici identitate, quae est positiva aptitudo logica quam
a qualibet singularitate, quae est positiva ineptitudo ad identitatem cum multis: ergo. Nec
obstat, quod praecisiva cognitio, et abstractiva sit aliquid positivum; nam etiam
est quid reale, et tamen non constituit naturam realiter, aut positive distinctam a singularibus.
Ratio est: quia licet aliquid positivum sit, natura ratione illius non exigit identitatem
cum multis: ergo non constituitur vi ejusmodi praecisionis positive apta.

SECTIO IV.

Objectiones, et dubia aliqua Solvuntur.

498 Objicies 1°: si aptitudo propria universalis esset forma nativa, daretur a parte rei; sed juxta nos aptitudo propria universalis non daretur a parte rei: ergo aptitudo universalis non est forma nativa. Probatur major: aptitudo forma nativa est non repugnantia naturae ad identitatem cum pluribus; sed haec datur a parte rei: ergo. Probatur minor: non repugnantia naturae ad identitatem cum pluribus est non repugnantia naturae, ut existant plura; sed haec datur a parte rei; natura siquidem Petri non repugnat, ut existant alia individua ejusdem speciei: ergo. Probatur: quod natura sit multiplicabilis in pluribus, est quod possint dari plura individua ejusdem speciei; sed posse dari plura individua ejusdem speciei datur a parte rei: ergo quod natura sit multiplicabilis datur a parte rei, et consequenter datur etiam aptitudo propria universalis.

499 Respondeo negando majorem: ad probationem distinguo majorem: est non repugnantia naturae per modum indifferentiae ad identitatem cum pluribus, concedo: est non repugnantia naturae singularis, ut producantur alia individua, nego majorem, et minorem in 1° sensu non exigo. Non negamus naturae Petri non repugnare, ut producantur alia individua, et ut ita multiplicetur natura humana: negamus tamen naturam Petri, aut Pauli, aut cujuslibet alterius singularis a parte rei dari ita, ut non repugnet identitati cum pluribus, indifferens ergo sit illis per identitatem communicari: unde cum aptitudo propria universalis dicat indifferentiam, dicatur indifferentia aptitudinem propriam universalis nec existere, nec dari a parte rei, simile distinctione antecedens et minor … cum natura sit multiplicabilis per modum indifferentiae ad identitatem cum pluribus, est quod possit dari plura individua ejusdem speciei, nego majorem: quod natura sit multiplicabilis per

modo n̄ repugnantia, quod producantur plura individua, quae possint &c, omitto majorem, et minorem consequentia, n̄o conseq.

Objicies 2°: si natura universalis esset apta logice nativè, haec aptitudo cognosceretur per abstractionem; sed n̄o cognoscitur: ergo n̄ est apta logice nativè. Probatur major: si natura universalis esset apta potivè, aut potivè repugnantia, haec aptitudo, aut repugnantia cognosceretur per abstractionem: ergo similiter si esset apta nativè cognosceretur &c. Nego majorem: ad probationem concesso antecedente, n̄o consequentia: quia positiva aptitudo, aut repugnantia positiva esset positivum praedicatum identificatum cum ipsa natura realiter; quia autem praedicata positiva intrinseca realiter naturae debent cognosci per abstractionem, sicut ipsa natura essentialiter supposita cognoscitur: n̄ ita se habet aptitudo logica nativa, quae cum sit praedicatum extrinsecum naturae proveniens regulariter a praedicato ab ipsa abstractione n̄ debet per illam repraesentari, et consequenter, nec cognosci. Hinc est, ab abstractione n̄ trahi ad naturam ut logice nativè aptam, sed potius subtiliter reperitur natura apta logice nativè. 500

Dubitatur nunc quae natura possit abstrahi ab uno individuo, sicut ab omnibus abstrahitur? affirmat Pater Oviedo quem sequitur Pater Viñas neganti aliorum doctorum et merito loquuntur tamen de abstractione praecisiva nam de separativa abstractione certum debet esse posse abstrahi separative natura a Petro, et Paulo v.g. quam separativa ab aliis abstrahatur. Ratio est, quia natura humana Petri, et Pauli n̄ est ... natura humana ad praecisionem, forma &c. ... praeterea: quia natura humana v.g. nequit praecisivè abstrahi a Petro quin a ceteris individuis speciei humanae abstrahatur: ergo. Antecedens probatur: natura humana praecisivè abstrahitur a Petro quando praecisive abstrahitur a praedicatis identificabilibus ... Petro, ceteris, ... individuis naturae humanae, ... quando illius habet ... hunc ... per quam repraesentantur praedicata identificabilia cum Petro, ceteris ... hominibus, sed nequit praecisive abstrahi a Petro ... praedicatis identificabilibus cum Petro, ceteris ... individuis naturae humanae, ... natura ab omnibus abstrahatur: ergo. 501

502 Pro min: optus ille abstrahit naram ab omnibus individuis praecisaliter respectat naram identificabilem cum omnibus in respectivis singularitatibus; sed negatur praecisive abstrahere a Pro optus obiectivus sit identificabilis cum Pro, ceteris singularibus, quae respectuntur formaliter narra identificabilis cum omnibus individuis narra humana in respectivis singularitatibus: Ergo. Distinguitur: narra praecisive abstracta ab uno individuo abstrahitur ab omni eo, a quo formaliter praescinditur; sed praescinditur formaliter ab omni individuo, cum quo realiter identificatur: Ergo narra abstracta ab uno individuo abstrahitur formaliter ab omnibus. Praeter min: narra abstracta ab uno individuo praescinditur ab eo quod formaliter non est, et tamen realiter; sed narra sic abstracta tamen non est formaliter Pro, quae quodlibet aliud individuum, cum quo realiter identificatur: Ergo.

503 Sed dicas: ab illo abstrahitur narra cum quo identificatur; sed narra Pri cum solo Pro identificatur: Ergo narra Pri a solo Pro abstrahitur. Distinguitur: Species imissa ab uno obiecto non potest deservire ad cognoscendum aliud: Ergo si solum Pri videat ab illo solam abstrahat numquam hominis. R. ... numerice ... narra Pri ut realiter est cum ... identificatur, ... narra ... specifica hominis cum solo Pro identificatur, non min, et consequens. Est licet, abstracta per solum a Pro narra ho. manet hoc operatione sine ulla singularitate, optus ... manet ... hominis, quae adaequate sufficienter cum quolibet individuo humano identificabilis est singulis narra illa numerica Pri ... narra numerica est, et singularisata cum solo Pro identificatur.

Ad ... ...

504 Species ab uno imissa repraesentativa ... differentialis non pro ... omnis: Species ab uno imissa, et repraesentativa praeter omnis non pro ... : species ... aliter repraesentativa praeter omnis non debet esse ab omnibus individuis imissa. Aliosque ... possemus narram ab omnibus abstrahere, quod ... cum ... forma ... quod ... operatio (videlicet omnis) ad ... individuis ... sed ... et ... et ... ab speciebus ...

Quaeres 2°, an natura universalis habeat aptitudinem ad individuum vagum, de individuo vago, a parte rei non est quaestio, quia constat, tale individuum vagum a parte rei, et naturam universalem solum habere aptitudinem ad identitatem cum individuis possibilibus. De individuo vago logicaliter, quale est quilibet homo, vel sic explicatus, unus homo, aut aliquis homo, aut quilibet homo, certum est naturam habere aptitudinem, ut sit illi; nemo enim dubitat, naturam esse parem praedicationi, unus homo est homo, aut quilibet homo est homo: ergo homo ut explicatur hoc homo habet aptitudinem ad esse in individuo vago logicaliter. 505

CAPUT III.

De objecto immediato abstractionis.

SECTIO I.

Rejectis sententiis aliorum nostra proponitur et stabilitur.

Non levis est urgens difficultas, cujus nodatio, et explicabilis ad [illegible] est, et rejectis [illegible] plenioris notitiae cognitionis abstractivae, per quam universale fieri, et constitui in praecedentibus docuimus; rogamus modo, quodnam sit objectum immediatum hujus cognitionis? praetermissa Nostrorum sententia docente, objectum immediatum cognitionis abstractivae esse naturam cum unitate formaliter objectiva, et resultante ex cognitione in objecto: hoc si fuerit ficta unitas satis rejecta manet ex nostris impugnationibus non semel repetitis. Omissa etiam Scoti [illegible] sententia docentium, objectum immediatum cognitionis abstractivae esse naturam [illegible] distinctione ex natura rei a singularitatibus, quae sententia, si docet cognitionem abstractivam habere pro objecto naturam, quae a parte rei sit una, impugnata manet ex dictis contra existentiam universalis a parte rei; si vero docet [illegible] non [illegible] naturaliter unam, [illegible] multiplicem, distinctam vero ex natura rei a singularitatibus, impugnanda erit ex hoc [illegible] distinctione, quae [illegible] praeparatoria est. 506

507 Tertia sententia est quorundam, opinio Patris Izquierdo in suo Pharo scientiarum disputatione 17 quaestione 6 asserentis, objectum immediatum abstractionis esse quoddam idolum, et imaginem objectivam, quod sit imago quaedam [illegible] similis omnibus inferioribus naturae, et ea repraesentans propter similitudinem cum illis. Docet igitur universale esse unum in tali imagine, et plura individua ab illa repraesentata: [illegible] esse aptum [illegible] pluribus, et de illis praedicetur, non per realem identitatem, sed per similitudinem cum illis. Hoc etiam idolum docet esse objectum cognitionis, per quam fit distinctio rationis, quam cognitionem impressive ex parte objecti dependet [illegible] per cognitionem realem [illegible] cognoscit phantasma substitutum loco realis, illud quod repraesentat; non [illegible] cognoscit idolum substitutum loco realis, objectum enim immediatum [illegible] cognitionis abstractivae docet sententia hoc esse phantasma materiale, sive speciem sensibilem, et imaginariam objecti, quod cognitum abstractive denominatur: propterea quod ejusmodi abstractivam cognitionem non esse cognitionem objecti immediate in se ipso, quia objectum cognitum abstractive non est ipsum, [illegible] ipsius [illegible] anima [illegible] cognoscitur.

508 Haec difficilia sunt, nec hujus loci [illegible] ad praesens attinet [illegible] [illegible] sententiam, quia tale idolum non est universale: [illegible] esse objectum cognitionis abstractivae. Licet cognitio, et [illegible] probatur: tale idolum non est multiplicabile in pluribus per identitatem [illegible] universale. [illegible] probatur: quia plura illa [illegible] posset multiplicari esset [illegible] non multiplicatur; aliter [illegible] idola essent ut potuerunt idolo [illegible] probatur: ideo tale idolum esset objectum immediatum cognitionis abstractivae quia esset unum, simile pluribus, sed hoc non sufficit ut sit universale, et ut sit objectum immediatum cognitionis abstractivae, nam quodlibet individuum naturae humanae est unum, et simile pluribus, et tamen Petrus [illegible] non est universalis, nec objectum immediatum cognitionis abstractivae. [illegible] Mitto alia circa opinionem [illegible], quae [illegible] adversemus, de discrimine inter intuitivam, et abstractivam cognitionem sermo sit.

509 Quarta sententia est Patris Hurtado docentis, objectum abstractivae cognitionis esse plura ut similia in aliqua ratione: communior [illegible] sententia [illegible]

respondeo distinguendo majorem: veritas reductive sumpta est perfectio actus, concedo: abstractive, seu quidditative sumpta nego majorem: quia perfectio actus est esse verum; non autem esse veritatem: sic perfectio imaginis est esse similem objecto non autem similitudinem ipsius: similiter perfectio locutionis exterioris, est esse veram; et itaque judicii interni; non autem tamen esse ipsius moralem veritatem, seu conformitatem. Minorem sic distinguo: sed omnis perfectio constitutiva adequate identificatur cum perfecto, concedo; omnis perfectio denominativa adequate identificatur, nego minorem: Itaque consequens ipsius distinguo: esse perfectum, et imperfectum sunt tamen intrinseca, et essentiales subjecto, respectu cujus forma est adequate intrinseca, et essentialis, concedo: respectu cujus non est adequate intrinseca talis forma, nego. Patet distinctio in exemplis positis: et praeterea, quia tot sunt modi perficiendi, quot complendi; sicut ergo non omnis forma complet stricte se uniendo, ita non omnis perfectio perficit stricte, et adequate, se identificando.

Ad 1m contra nego juxta communem Theologorum sententiam, 769 neque bonitas, et malitia actus voluntatis consistit conformitate, et difformitate, seu dissonantia actus rationi naturali, vel dictamini conscientiae, vel legi juxta varias explicationes; quae conformitas, aut difformitas partim est intrinseca, partim extrinseca actibus voluntatis. Respondeo 2o ex patre Policio omisso quod dicitur negando consequentiam. Disparitas est: quia actum voluntatis esse moraliter bonum salvatur per hoc praecise quod sit prosecutio boni moraliter apprehensi; at hic actus Petrus currit non est verus per hoc praecise, quod sit actus cursui conformis, sed requiritur quod re vera currat.

Ad 2m contra distinguo majorem: Deo displicet 770 falsitas sive reductive, seu denominative sumpta et placet veritas sive, reductive; seu denominative sumpta, concedo majorem: Deo displicet ~~[illegible]~~ falsitas

abstractive formaliter, et quidditative sumpta, et placet veritas abstractive, et quidditative sumpta, seu dum dicitur, quod concludit, non nego. Deo quidem displicet actus falsus, et actus verus placet, non vero placet, displicet res, quae id, per quod constituitur veritas actus versantis circa peccatum aut falsitas actus positi sic Deus odio habet difformitatem locutionis externae cum lege divina, quin odio habeat divinam legem; sic Deo displicet peccatum sibi contrarium, quin ipse Deus sibi displiceat, sic etiam voluntas humana odium habet compositionem terminorum, quin odium habeat dictamine conformi non contrario.

Arguës 2°, si veri-
771 tas constitueretur per objectum actus nostri veri ad Deum tracti, constituerent aliquid divinum, et actus divini tracti ad creaturas constituerent aliquid creatum; sed hoc est absurdum: ergo. Probatur minor: quia sic actus nostri ad Deum tracti veritas esset aeque perfecta ac veritas actus divini tracti ad creaturas praeterea actus divini tracti ad creaturas veritas esset imperfecta cum constitueretur per aliquid imperfectum scilicet per objectum creatum; sed haec absurda sunt: ergo. Confirmatur: quia si veritas non esset adaequate intrinseca actibus non posset assignari ratio, cur intellectus noster naturaliter contineat verum, nec similiter posset assignari ratio, cur divino intellectui repugnet falsitas: ergo adaequate intrinseca actibus.

772 Respondeo concessa majori, intellecta de veritate quidditative, et formaliter adaequate sumpta, negando minorem. Ad probationem distinguo majorem: veritas actus nostri ad Deum tracti sumpta pro subjecto denominationis esset aeque perfecta ac veritas actus divini tracti ad creaturas, nego majorem: sic enim sumpta idem est, ac actus creatus verus qui infinite imperfectior exceditur ab actu divino vero, qui est ipse Deus. Veritas actus nostri ad Deum tracti adaequate quidditative sumpta esset aeque perfecta, ac veritas &c. concedo majorem quia sic sumpta ex complexo ex aliquo divino, et creato; aliquid vero divinum, et creatum collective sumptum aeque

perfectum est aliquid creatum, et divinum collective etiam sumptum. Sicut juxta patrem Hurtado, similitudo creaturae ad Deum adaequate sumpta aeque perfecta est ac similitudo Dei cum creatura, quia nimirum utraque similitudo constituitur per utrumque extremum ac similitudo creaturae cum Deo subjective, sive pro subiecto denominationis accipiatur, sic enim exponatur creatura similis Deo specificative: tunc creatura similis est aliquid imperfectum infinite excessum a Deo.

Confirmatur sic ad 2am partem rationis scilicet 773
nullum esse absurdum quod veritas adaequate sumpta actus divini includat aliquid imperfectum et creatum, sicut nullum est absurdum quod similitudo Dei ad creaturas adaequate sumpta illud includat, et sicut absurdum non est, quod denominatio creatoris adaequate sumpta includat etiam aliquid imperfectum, et creatum. Ad confirmationem non ad quoad utramque partem; quoad 1am quidem, quia intellectus noster includat naturaliter, notitias verum ut sunt in se, sive in actum, ex cujus positione, supposito objecto, ultimo constituatur veritas; at hunc actum potest consequi sine intellectus, per actum etiam extrinsecè verum ut patet.

Et hinc etiam constat cur abhorreat ab actu, qui decipiatur, qualibet 774
actus non identificet secum adaequate falsitatem. Quoad 2am etiam: nam actibus divinis repugnat falsitas, non quia veritas formalis sit ipsis adaequate intrinseca, sed quia radicaliter sunt veri, eorum scientia est (saltem sub ratione) veritatis formalis identificatur cum ipsa summa Dei sapientia, ratione cujus vere dicitur infallibilis, et infalsificabilis.

Arguitur 3o: actus verè affirmans Petrum 775
currere, per suam existentiam habet respicere Petrum currentem ut dum sunt: ergo per suam existentiam est verus. Confirmatur: actus vel per suam existentiam est talis, vel per suam existentiam non est objecto: ergo vel per suam existentiam est verus, vel per suam existentiam est

falsus: ergo. Distinguo consequens: actus vere affirmans Petrum currere per suam essentiam habet repraesentare Petrum currentem ut est in se, secundum id quod hic actus repraesentare Petrum currentem ut est in se dicit recto, concedo: secundum id quod dicit recto, et obliquo, nego consequens: quia licet repraesentatio sit de essentia actus; at non est de ejus essentia, quod Petrus in se sit currens. Ad confirmationem nego consequens: quia actus necessario per suam essentiam est conformis, necessario per suam essentiam est difformis objecto et sic necessario per suam essentiam verus, necessario per suam essentiam est falsus formaliter. ex eo autem, quod actus non habeat per suam essentiam conformitatem, non licet inferre actum per suam essentiam habere difformitatem: sicut ex eo quod Petrus v.g. albus non habeat per suam essentiam similitudinem cum alio albo, non licet inferre, per suam essentiam habere dissimilitudinem cum illo.

776 Arguens 4°: objectum est mensura veritatis cognitionis; sed mensura distinguitur a mensurato; ergo objectum distinguitur a veritate, et per consequens est extra essentiam illius. Confirmatur 1°: si veritas constitueretur per actum et objectum; sicut actus dicitur logice verus, ita objectum diceretur logice verum; siquidem tam actus est conformis objecto quam objectum conforme actui; sed objectum non dicitur logice verum; ergo. Confirmatur 2°: quia si per utrumque constitueretur veritas, propositio de futuro, v.g. Antichristus existet non esset actualiter vera cum actualiter non detur actus, et objectum; sed illa propositio actualiter vera est: ergo. Respondeo distinguendo majorem: objectum est mensura veritatis cognitionis, quae veritas dicit repraesentationem, concedo: objectum est mensura veritatis secundum totum quod dicit veritas, nego majorem; et concessa minore, nego consequentiam de distinctione adaequata.

777 Objectum dicitur mensura repraesentationis actus veri; quia ab eo, quod res est, vel non est, repraesentatio est, vel non est talis: non vero est mensura actus veri secundum totum, quod dicit esse veri. Sic objectum imaginis dicitur mensura repraesentationis illius; quia ex illo dignoscimus, utrum sit, vel non sit conformis objecto imago: non tamen est mensura totius conformitatis, vel similitudinis, cum similitudo, et conformitas per objectum constituatur. Ad 1am confirmationem nego majorem: quia

licet veritas constituatur eque per actum, ac per obiectum; denominatio tamen logice veri afert in recto respectu subiectum denominationis, solum actum; obiectum vero in obliquo: propter quod solus actus denominari logice verus potest. Ratio est: quia veritas est similitudo representationis intentionalis cum obiecto: unde id dicitur verum, quod representando est simile alteri; at quia actus est similis obiecto illud representando intentionaliter; obiectum vero non est simile actui illum representando: ergo.

Ad 2. dico, quod 778

licet obiectum sit conforme actui, non est logice verum, quia non est ita conforme, ut actum representet sicut est in se; sed potius quia est in se sicut representatur ab actu: sic etiam obiectum licet conforme sit picturae tamen in esse talis per picturam sicut etiam pictura per obiectum in esse illius conformitas constituitur; tamen obiectum non dicitur vera imago picturae, pictura vero dicitur vera imago obiecti, quia obiectum non est conforme picturae illam representando; sed potius conforme est, quia est in se, sicut per picturam representatur. Ad 3. confirmationem respondeo: quia ut veritas actus de futuro actualiter dicatur existere absolute, sufficit, quod rectum hujus denominationis actus verus actualiter detur, quamvis actualiter non existat obliquum scilicet obiectum.

Sic antiquitas domus datur de praesenti per hoc, quod domus olim 779 edificata existat nunc, licet tempus praeteritum ab ejus fundatione non existat nunc: denominationes enim actualiter dari dicuntur, quando rectum illarum actualiter datur, quamvis obliquum actualiter non detur, praecise si hoc non importetur in obliquo ut praesens; sed ut futurum, aut praeteritum, ut alias in exemplis argentum, et relationibus observa hic, quod quamvis physica actualis conformitas duorum requirat dari, nisi utrumque actualiter existat; ac actualis conformitas intentionalis potest dari sine physica actuali existentia illorum; hoc enim solum petit, quod obiectum se habeat intentionaliter obiective, sicut representatur per actum: unde obiectum futurum actualiter intentionaliter conforme est representationi, seu propositioni de futuro enun-

ri expressitig illa; licet hoc actualiter fieri non dicitur, quando fieri datur propositio.

780 Queritur hic: An veritas et falsitas ita propria sit judicii, ut reperire non possit apprehensioni soli compositae? quod qui aliqui dixerunt, falsitatem et veritatem reperire etiam apprehensione complexa: quia hoc apprehensio Petrus non hoc, vere differt, discre- [illegible] ob[illegible], nominus stabilitur. Dicimus quod judicium hoc Petrus non est hoc, similiter [illegible] hoc Petrus non est hoc stratur, sonat [illegible] non minus adju- dicium hoc, Petrus est hoc: [illegible] vera hoc, illa [illegible] falsa. Nihilhominus communis [illegible] ex Aristotele cum Divo Thoma supponit qualitatem judicii propriam esse veritatem, et falsitatem, ipsi [illegible] soli reperire. Dicendum est apprehensiones complexas solum veras dici, aut falsas eo modo, quo imagines artificiales vere, vel false dicuntur; hoc autem solum improprie dicuntur vere, vel false; quia veritas proprie non datur, ubi nil dicitur aut enuntiatur, simplex autem nil dicit, nec enuntiat nisi cum judicat: [illegible] Idem dic de falsitate si autem cum aliis loqui velis, dic;

781 Apprehensiones complexas capaces non esse veritatis, aut falsitatis enuntiativae, quae veritas appellatur etiam complexa, est [illegible] illa, quae proprie, et rigorose veritas dicitur; esse vero capaces veritatis incomplexae, quae appellatur veritas repraesentationis, et imaginis, cujus capaces etiam sunt imagines artificiales, et quae late et improprie veritas dicitur, idem dic de veritate scilicet [illegible] non stari proprie rei [illegible], aut eidem distari, nisi [illegible], vel [illegible], vel [illegible] distari vel, per apprehensiones [illegible], aut [illegible] de linea repraesentationis, et imaginis non vero de linea enuntiationis et complexa.



de veritate oppositum, q. dicat, aliq. semel veram
fecisse esse veram, quemadmodum haec Petrus cucurrit l., non posse manere Petrus non cucurrisse, l.
sustineat adhuc veram fore, ipsius sequitur multa, ex illis etiam, quae proposita quaestio-
ne quae Auxiatos pugnabere; In hac vero quaestione cum ipso stabunt propositio-
nem semel veram, non posse mutari in falsam, aut e contra. Ita sentit Arriaga Ovie-
do Hurtado, et alii; oppositum tenet Eximius Doctor disp. 8 metaphisicae
secti. 2a, Lugo, Valentia, et alii plures, quos communiter RR. sequuntur: pro-
bat etiam sententia expresse verbis Stat Angelicus Magister Sectae Phy.
Procedit difficultas de propositione contingentiali, contingenter vera ex supposito, quae duraret per tria instantia A, B, C, suppositum hoc necessarium est, ut quaestionem locu-
litur, et adversarii illud negant.

Sit ergo nostra conclusio: propositio eadem potest mu- 783
tari de vera in falsam, et e contra; ut illam probent, suppono praeterea loqui de hac
propositione Petrus cucurrit duraturae per tria instantia temporis, suppono
contigisse etiam quod, nec adversarii negant, Petrum in instanti A currere, in
instanti vero B non currere, iterum currere in instanti C. Modo sic: pro-
positio illa in 1o instanti est vera, in 2o falsa, et iterum vera in tertio: ergo eadem
propositio potest de vera in falsam mutari, et de falsa in veram. Antecedens l., et 3a pars
vera est, 2a autem solum probatione indiget. Probatur itaque: ut propositio illa vera
esset in 2o instanti, scilicet in instanti B, deberet cursus Petri dari pro
instanti B; sed non datur, ut supponimus: ergo talis propositio falsa est,

secundo instanti. Probatur maior; ut propositio illa sit vera pro 1° instanti, scilicet A, debet dari cursus Petri in instanti A, ita ut si in tali instanti cursus Petri non daretur, propositio vera non esset in tali instanti: ergo ut sit vera in instanti B debet dari cursus Petri in instanti B.

Probatur 1°:
784 eodem modo se habet in instanti B illa propositio, ac si tunc 1° produceretur, sed si Petrus tunc non curreret falsa esset: ergo si Petrus non currit in instanti B, falsa etiam erit, quamvis in instanti 1° extiterit. Probatur 2°: ideo talis propositio vera est in instanti A, in quo 1° existit, quia significat cursum actualiter sibi coexistentem, et cursus revera actualiter coexistit propositioni; sed in instanti B significat etiam cursum actualiter sibi coexistentem: cum etiam pro instanti B, sit propositio de modo praesenti; et cursus actualiter non coexistit propositioni: cum supponatur, Petrum pro 2° instanti non currere: ergo. Respondeo distinguendo ad verbum propositionem illam pro instanti B, non significare cursum actualiter sibi coexistentem pro instanti B; sed significare cursum Petri sibi actualiter coexistentem pro instanti A. Ratio est: quia cum propositio in talis durans per plura instantia entitatem non mutet, idem significat 2°, ac in 1° significabat: sed in 1° significat cursum Petri sibi actualiter coexistentem pro instanti A: ergo idem etiam in 2° significat: unde in consequenti, quod dummodo detur cursus pro instanti A, licet non detur pro instanti B, propositio pro instanti B, vera erit.

785 Sed contra est 1°: quia ut propositio de praesenti vera sit requiritur, quod obiectum ab ipsa significatum, quod existat propositionem et in instanti in quo ipsa existit; ut patet in hac, Adamus loquitur, quae hic sit de modo praesenti vera non est, sed falsa, eo quod locutio Adami non coexistat propositioni, et instanti, in quo ipsa existit: patet etiam in ista pro-

sione Petrus currit, in instanti A, quod illa non vera est, sed eadem propositio exis-
tit in B, et alia propositio de praesenti, quod ut pro tali instanti vera sit debet dari cursus Pe-
tri coexistens, et instanti B: quod si non coexistat cursus Petri propositioni, et instanti B, ut
non coexistere supponitur, propositio pro tali instanti falsa erit. Probatur, ut haec
propositio Adamus loquitur [illegible] sit vera, non sufficit, quod Adamus locutus
fuerit pro aliquo instanti praeterito, sed requiritur quod de praesenti loquatur:
ergo ut haec Petrus currit sit vera in instanti B, quando illa existit non sufficit,
quod Petrus cucurrerit pro instanti praeterito, et ratio discriminis, quod datur
inter propositionem de futuro, aut praeterito tempore, et propositiones de modo
praesenti; quod, licet veritas illarum non dignoscitur comparando propositionem cum obiecto
actualiter coexistente propositioni, potest enim vera esse propositio de praeterito aut
de futuro, licet obiectum non existat, quando ipsa propositio existit; sufficit enim, quod
extiterit tempore quo, si propositio est de praeterito, aut quod extiturum sit, si sit
de futuro.

At propositio de modo praesenti vera dignoscitur, ex eo quod obiectum co- 786
existat, sive actualiter, quando ipsa existit, et non sufficit, quod obiectum
extiterit, aut extiturum sit, alioquin haec propositio, Antichristus exis-
tit modo vera erit, quia eius obiectum aliquando futurum est existens; unde
infertur, quod ut propositio Petrus currit vera sit in instanti B, non debemus
comparare propositionem cum cursu Petri existente pro instanti A, sed existente pro in-
stanti B: ergo. Itaque solutionem est 2°: quod haec propositio Petrus currit, significet in B
cursum Petri, coexistentem sibi pro instanti A, nihil aliud est, nisi quod signi-
ficet cursum Petri coexistentem sibi, et instanti A, sed ut illa propositio exis-
tit in B, cursus Petri non coexistit actualiter propositioni, et instanti A,
alioquin simul existerent instans A et B, quod est impossibile: ergo talis propositio
cum existit in B, cursus Petri non existit, hinc ab ipsa significatio-
ne [illegible] in tali instanti, falsa est. Praeterea maior: Petrum currere in instan-

ri A nil aliud est, nisi dari simultaneum coexistentia cursus Petri, et instantis A: ergo propositionem significare cursum Petri actualiter coexistentem sibi pro instanti A, nil aliud erit, nisi significare cursum Petri actualiter coexistentem propositioni, et instanti A.

Ad 3um instantiam, si dicitur si per hanc propositionem
787 Petrus currit repraesentatur, ut instant adversarii, in actu signato est per determinatum ex parte obiecti (quod falsum est; alioquin nulla daretur differentia ex parte obiecti significati repraesentati inter has propositiones, Petrus currit, Petrus currit in instanti A,) ita ut taliter aequivaleat huic propositioni Petrus currit in instanti A; adhuc talis propositio existens in B falsa esset. Ratio est quia cum haec propositio Petrus currit in instanti A sit de praesenti, exigit duo talis ad suam veritatem, quod suum obiectum ipsi actualiter coexistat; sed instans A, quod est obiectum significatum per talem propositionem non coexistit actualiter actui, seu propositioni dictae existenti in instanti B; alioquin instans A existeret in instanti B, quod impossibile: ergo. Declaratur: talis propositio sic explicatur, instans A, in quo Petrus currit existit; sed haec propositio in instanti B est falsa; cum falsum sit, instans A existere in B: ergo. Et nota instantiam hanc locum etiam habere, si de quibus Petrus in B curreret.

subiectum esse essentialiter aliquatenus completiue determinatum; sed posse, aliasque supererogaliter, esse modo quo hoc modo quo alio completur itaque licet [illegible] hoc Prius accidens essentialiter determinata sit ad repugnandum [illegible]; sine complemento, cum ~~[illegible]~~ compareat, tamen ad repugnandum huic potius, [illegible] completur determinatur ab [illegible] seu [illegible] sui [illegible] hoc potius, [illegible] [illegible].

Similiter dicimus,

licet [illegible] essentialiter dixata sit ad repugnandum [illegible] ex parte modi, et ex parte subiecti; tamen ad repugnandum potius [illegible] A quam [illegible] B, determinatur a [illegible] sua [illegible];

A, quae non habet cum B; unde si haec coexistentia varietur ex variatione nominum significantium quibus declarare potest propositio, non ideo variabitur exercita, significationem consignificatis quo ipsa exsistit, et modo hoc, modo aliud exercite denotabit: sicut signo modo huic, modo illi consignificatum supponat prout fuerit scilicet consignificatum, cum connotat. Deinde suppono, propositionem non posse variare significationem signatam temporis ex parte modi, neque ex parte obiecti: quia scilicet utraque significatio est de linea temporali consignificati qua cum signo fit ultima determinatio variationis, aut novam determinationem recipere non potest. Hinc si abstrae Petrus currit consignificato A mutes tempus praesens importatum ex parte modi, aut consignificatum A importatum ex parte obiecti; iam non illa, sed alia esset propositio; itaque eam supplenda erit mutatio illa, seu variatio, Petrus cucurrit, aut curret consignificato B, quae sane est omnino diversa ab hac, Petrus currit consignificato A.

Et ita facile est iam ad objectionem solvo, cujus majorem distinguo: propositio mentalis non potest variare significationem temporis ex parte modi, aut obiecti, concedo: ex parte subiecti, nego majorem, et consequentiam minorem nego consequentiam; quia sicut consignificatum significat cursum Petri pro consignificato praesenti; quod exercite significat, et pro quo supponit, non vero signat cursum Petri pro consignificato praeterito, aut futuro; ita quando exsistit B, significat cursum Petri non pro consignificato A praeterito, sed pro consignificato B tunc praesenti, sed solum denotat, et pro quo tunc supponit. Subsumptionem minorem concedo, et non consequentiam: quia tempus itaque tunc per copulam importatum est solum consignificatum B, pro quo cursus non datur ideo falsa est, tali consignificato propositio. Ad confirmationem concessa majori de exercita significatione consignificati, nego consequentiam sensu minoris, et illius probationem: quia tunc comparatur propositio ad tempus ex parte subiecti, et sic exercite significat variabiliter. Ad additamentum distinguo claritatis gratia: non minus debet supponere cursum, quam tempus ex parte modi, et ex parte obiecti, concedo: ex parte subiecti nego: quia cursum Petri signate et invariabiliter, consignificatum vero, quo ipsa exsistit exercite et variabi-

liter significat.

2a D: ut hec propositio Petrus currit vera sit pro instanti A, debet dari cursus Petri pro omni tempore importato per copulam, et ut postea falsa sit requiritur quod pro aliquo tempore importato per copulam cursus non detur; sed eo ipso, quod cursus datur pro omni tempore importato per copulam, implicat quod postea non detur pro aliquo tempore importato per copulam: ergo. Probatur: veritas non sumitur ex obiecto secundum se, sed ex obiecto secundum tempus importatum per copulam; sed implicat, quod obiectum semel existens in tempore importato per copulam, pro illo deficiat; licet quidem potuerit non esse: neque ex suppositione quod sit, necesse est: ergo implicat propositionem veram mutari in falsam. Distinguo maiorem debet dari pro omni tempore importato tunc, quando est propositio existit, scilicet importato pro omni tempore in alio instanti, sive pro omni tempore, quod fuit, aut erit importatum per copulam, nego; aliquando illa propositio non esset vera in 1o instanti contra mentem etiam adversariorum doctorum.

Similiter distinguenda est 2a pars maioris, et minor negatur: quia cursum dari in instanti A, quod est tempus omne, (si ita loqui licet) tunc importatum per copulam, et postea non dari in instanti B, quod datur tempus importatum tunc per copulam, nulla est implicatio: quia ut supponitur propositio durat per tria instantia, et insuper est supponitur Petrum currere pro 1o instanti, et non pro 2o; quod utrumque nullam habet implicationem. Ad confirmationem nego consequentiam premissis distinguo consequens: implicat mutari in falsam pro eodem instanti, concedo: mutari in falsam pro sequenti instanti, nego consequentiam: quia sicut non repugnat quod Petrus in uno instanti currat, et non in sequenti, licet implicat, quod in eodem simul currat, et non currat: ita licet implicat, quod in eodem instanti eadem propositio simul sit vera et falsa; non tamen implicat quod in uno sit vera, et in altero falsa. Ratio: quia sicut in 1o instanti propositio comparatur cum obiecto prout in illo 1o instanti, et vera est quia obiectum in illo se habet sicut repraesentatur, ita ad veritatem ipsius pro 2o instanti comparanda est cum obiecto prout in 2o illo instanti: unde cum pro illo non conformetur cum obiecto, falsa erit pro 2o instanti.

Objectio 3a; hoc propositio Petrus currit, significat tempus praesens disjunctive, vel collective, sed nullo ex his modis potest transire de vera in falsam, aut e contra; ergo constat, quod Petrus in nullo, et in aliquo instanti curreret, aut etiam quod in omnibus et non in aliquo curreret: ergo. Non nam, quia propositio illa significat formaliter tempus praesens ex parte modi solum abstractive: sicut hoc Petrus est homo ex parte praedicati significat naturam humanam solum abstractive et nota, quod quibus omittamus, propositionem illam significare signate ex parte absoluti tempus determinate saltem instans, A adhuc propositio falsa esset B, imo ea sectiore gratia. Nota 2o, quod licet instans A, et B, non conveniant in ratione praesentis simul participata, aut participabilis ab illis, cum non possint simul existere, conveniunt tamen in ratione praesentis successive ab illis participabilis, quia talis ratio convenit cuilibet instanti quando existit, itaque propositio illa ex parte modi significat formaliter solum tempus praesens sive illud sit instans A, sive B; quod non exprimit propositio sua signata significatione.

Detrahitur autem ad supponendum determinate pro instanti A, quando instans A sibi coexistit et praesens est, ad supponendum autem pro B detrahitur etiam ab instanti B sibi praesenti, et coexistenti; in quolibet enim ex illis, quando existit, habuit rationem praesentis, quam formaliter ex parte modi significativae dicitur, fit se sic cursus detrahitur pro instanti sibi praesenti, vera est, falsa autem sine detr. Instabis: propositio haec Petrus currit est disjuncta, quae aequivalet particulari huic Petrus aliquando currit; sed hoc semel vera non potest mutari in falsam; siquidem ut vera sit, requiritur solum, quod Petrus in aliquo instanti curreret; et ut esset falsa requireretur ut Petrus in ~~ullo~~ ullo instanti curreret, Petrus autem in nullo instanti currere, et in aliquo currere implicat: ergo. Respondetur: hoc propositio Petrus currit falsa esse non potest si aliquando curreret, et similiter falsa esse non potest, hoc, Petrus currit, si Petrus in ali-

quo; instanti curreat, sed supponitur in aliquo instanti currere.

Utrumque quae instantia; aliquibus enim negatur, propositionem illam indefinitam esse. Dico quod ergo: quod aequivalet huic, Petrus aliquando currit, supposito hoc aliquando verae in altero sive pro 1°, sive pro 2° in quolibet instanti. non obstat: supposito pro 1° instanti dicendum in 1°, et pro 2° dicendum in 2°, alioquin et hoc posse admitti aequivalentia, altera propositionem illam, quatenus alteri aequivaleat, non debere supponere, nisi pro instanti sibi coexistenti, quando ipsa existit: unde non mirum illam ut diximus. Propositio de praesenti, ad differentiam propositionis de praeterito, et de futuro, sit vera, vel falsa determinatur secundum id instans coexistens, et praesenti propositioni, quando ipsa existit; aliter hoc propositio quae existens loquitur non esset, cum modo vera non diceretur, si ejus objectum propositionis conjungi esse prout in aliquo instanti existens verae, et determinate: quia licet modo non detur locutio quae existit, aliquando, sive in aliquo instanti sibi vera est.

Ad secundam respondeo paritatem pro nobis esse, si supponatur propositionem illam hoc currit per tria instantia durare. Nam in 1° potest verificare per cursum Petri, in 2° per cursum Pauli, et in 3° falsificari, si in tali instanti nullus hoc currat. Si vero loquatur de propositione una separative ad idem instans datur manifesta disparitas: quia ex simultanea veritate, et falsitate illius propositionis sequeretur, nullum hoc currere, et simul aliquem currere, quod manifeste implicat: unde si in unico instanti vera est, falsa esse nequit in eodem. At cum supponamus propositionem nostram Petrus currit durare per tria instantia, Petrum autem in uno currere, et non currere in alio, cessat instantia.

Observa tamen quod licet de praesenti imago artificialis exemplificans non dicatur vera imago, quamdiu de praesenti existens dominus ejus objectum non exemplificatur, sed sufficiat, quod in aliquo temporis differentia extiterat ut repraesentatur: hoc ideo est, quia talis imago,

n significat typus: imago autem substantialis naturalis cum constet copula, seu verbo typus significat. Disparitas hoc deserviet et ad exempla alia, quae ab adversariis afferuntur. Sectio 6, de veritate propositionum de futuro.

Sectio 6.a

De propositionum de futuro veritate.

Futurum dicitur illud quod erit, seu existiturum est: sistit pure futurum excludit existentiam actualem, seu de praesenti; si vero praecisive accipiatur non excludit actualem de praesenti existentiam; nec enim, quo modo praesens est, etiam futura est, si habitura est existentiam pro alia tempore distincta: unde propositiones de futuro pure tales sunt propositiones enunciantes existentiam rei, quae modo non datur, dabitur tamen pro tempore venturo, v.g. Antichristus peccabit. Futurum dividitur in necessarium, ut sol orietur cras, et contingens, ut Petrus cras peccabit, et rursus futurum contingens, aliud dicitur absolutum, cum scilicet absolute enunciatur existentia rei pro distincto tempore, quod nondum advenit; ut est proxime posita enunciatio; aliud conditionatum, cum existentia rei futura enunciatur sub conditione. Quaestio est an propositiones de futuro contingenti, sive absoluto, sive conditionato habeant determinatam veritatem aut falsitatem?

Aristoteles, quem imitatus fuit Cicero communiter dicitur, Deo denegasse cognitionem certam, et infallibilem, circa futura contingentia, ut conservare duceret liberum hominis arbitrium, sibi persuasus, cognitionem illam eversivam fore libertatis creatae: contra quos stat illud Divi Augustini dictum 5° de Civitate Dei, ut homines liberos faceremus, fecerunt sacrilegos: hoc est, Deo denegantes scientiam de futuris. Nostra conclusio sit: propositiones de futuro contingenti sive absoluto, sive conditionato habent determinatam

veritatis, vel falsitatis. Probatur 1°: multæ propositiones de futuro ex se contingenti revelatæ sunt à Deo, et fide divina creditæ; passim enim in scripturis Sacris inveniuntur, tales sunt istæ, omnes quidem resurgemus, Antichristus peccabit &c. quæ de fide est veras esse determinate. aliquas propositiones de futuro contingenti. Insuper Christus Dominus, non tantum, sed tertiò plura prædixit, v.g. Petri negationem, Judæ proditionem, &c; si enim propositiones illæ certæ non essent, exponeretur errori divina locutio: quod.

Constat etiam ex sacra pagina, non solum Deum certò et infallibiliter scire futura absoluta, sed etiam conditionata, quæ sunt purè conditionata, hoc est, illa quorum conditiones nunquam purificabuntur quæque nunquam sunt absoluta. In exemplum sit illud celeberrimum (omissis alijs pluribus) Matth. 11°. væ tibi Corozaim! væ tibi Bethsaida! quia si in Tiro, et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te olim in Cilicio, et Cinere pœnitentiam egissent, et tamen hæc pœnitentia purè conditionatè futura fuit. Probatur 2° à ratione: quia sicut evidens est hoc disjunctum, Petrus peccat vel non peccat; ita evidens est hoc, Petrus peccabit vel non peccabit; sed ex eo quod sit verum hoc Petrus peccat, est determinate vera, vel determinate falsa, ex eo quod verum sit secundum disjunctum, hæc propositio, Petrus peccabit cras est determinate vera, vel determinate falsa

Confirmatur ex propositionibus contradictorijs de præsenti his v.g. Petrus peccat, Petrus non peccat, una est determinatè vera, et altera determinate falsa sed non minus sunt contradictoriæ illæ, ac istæ, Petrus peccabit cras Petrus non peccabit cras; ergo ex his una est determinatè vera, et altera determinatè falsa; similiter probatur circa propositiones de futuro conditionato; quia cuilibet ex illis assignari potest contradictoria, ex quibus una determinatè vera, altera determinate falsa, debet esse; hoc enim ex jure contradictionis exigitur, Et ulterius

stratur quia si Petrus audiat sacrum, vel determinate convertetur, vel determinate non convertetur; non enim datur medium. Si 1um, vera est modo haec conditionalis: si Petrus audiat sacrum, convertetur. Si 2um, modo determinate falsa est, vera vero ejus contradictoria.

Confirmatur 2o: id quod faciet cras verum aut falsum hanc propositionem si Petrus audit sacrum convertitur facit verum, aut falsum hodie hanc: si Petrus audiat concionem, convertetur; sed propositio illa erit cras determinate vera, aut falsa determinate: quia posita illa conditione, vel determinate ponenda est conversio, aut determinate non conversio: ergo propter eandem rationem modo erit determinate vera, vel falsa 2a propositio de futuro. Cum hoc optime stat, quod nos lateat, veritas aut falsitas propositionum illarum: ex quo solum infertur, nos cognoscere veritatem aut falsitatem determinatam non autem quod tales propositiones in se, non habeant determinatam falsitatem, aut veritatem: sicut stat, quod ignorem ego, quis hoc verificet hanc propositionem homo currit, et quod aliquis homo in se determinate illam verificet.

Sed objicies 1o; si haec propositio, quod Christus peccabit esset determinate vera, peccatum quod Christi non esset liberum sed necessarium. Probatur: veritas illius propositionis est quod necessario inferens peccatum quod Christi; sed peccatum necessario illatum ex aliquo quod non est liberum; sed necessarium: ergo. Confirmatur scientia divina qua Deus ab aeterno scit, quod Christum esse peccaturum est independens a libera voluntate Christi; et infallibiliter connectitur cum peccato Christi: ergo Christi peccatum est necessarium. Urgetur: si posita scientia illa divina, adhuc esset liberum peccatum Christi, liberum etiam esset Christo, non peccare; sed non est: ergo. Probatur minor: non peccare esset falsificare scientiam, quae in Deo supponitur esse; sed Christo liberum non est, falsificare scientiam Dei; hoc enim implicat: ergo.

Ut difficultati huic fiat satis duo

...

necessitatis genera Theologi divum Anselmum secuti distinguunt. 1a est rigorosa necessitas, quae [illegible] vocatur, et de illa ait divus Anselmus, quae rem facit, alia vocatur consequentiae, et est juxta eundem Sanctum Doctorem, quam res facit. Prima necessitas est causa, seu principium infallibile, et inevitabile operationis; quatenus intrinsece determinat voluntatem ad operationem, talis visio Dei respectu amoris Dei super omnia, ita enim causat amorem illum, ut posita visione, amor nequeat non poni; et insuper quod visio ponatur aut feratur non est in potestate amantis; ideo necessitas quae respectu amoris talis visionis est necessitas consequentis, quae infallibiliter infert operationem ex suppositione liberae operationis: ita ex suppositione determinationis liberae ad currendum necesse est currere, necessarius solum [illegible], quia scilicet necessarium est ex suppositione libera currere.

Duplex similiter distinguitur potentia, quarum una altera contraria potentia quae ad non peccandum [illegible] est illa, vi cujus positis omnibus requisitis ex parte actus 1i proxime ad peccandum voluntas indifferens est ad peccandum, et non peccandum. Haec apelatur potentia indifferentiae, et libertatis, et tum peccati, quando peccatum sub illa positum est formaliter liberum: huic potentiae opponitur necessitas quae jam explicata quae everciva est libertatis. Potentia consequentiae ad non peccandum esset illa, vi cujus voluntas etiam supposito peccato et iis, quae ex peccato inferuntur necessario, posset simul non peccare potentia simultatis, hoc est, posset conjungere peccatum cum ratione peccati; aut etiam posset illa tam necessario ex peccato cum illorum ratione conjungere; ejusmodi potentia (cum sit adeo impossibile qualis esset illa omnino) nec datur, nec constituere potest libertatem.

Huic potentiae opponitur necessitas consequentiae, ipso exercitio liberae voluntatis, quod ideo dicitur necessitas, quia metaphysice incompatibilis est cum ejus negatione; quidquid enim est, dum est, necesse est esse: quia vero a libera exer[illegible]

ricio voluntatis oritur consequens dicitur, qua propter hoc necessitas ad pe-
candum non tollit libertatem ad non peccandum, neque excludit, sed potius supponit
potentiam completam ad non peccandum.

Doctrina haec omnibus communis est; sed non eodem modo illa
utuntur omnes, nos dicimus, scientiam divinam, qua Deus scit futuram liberam
creaturae operationem solum concomitanter ad illam necessitare; quia scientia illa non est prin-
cipium rationis liberae, sed est posterior (saltem ratione nostra) ipsa creata libera
determinatione ab aeterno obiective existente. Fundamentum hoc prioritatis quam
determinationibus liberis respectu scientiae Dei credimus in perspicuissimis sancto-
rum Patrum testimoniis, quae pro solvenda difficultate obiecta respondent:
scilicet, non ideo res esse futuras, quia praesciuntur a Deo; sed potius
a Deo praescidit futuras, quia futurae sunt. Consonat etiam doctrina haec
principio illo Aristotelis, scibile est prius scientia: et veritas futuri sci-
bilis, saltem ratione prior est, quam illius scientia.

Igitur ad argumentum in oppositum. Ad
primam distinguo maiorem: id quod necessario concomitanter inferens peccatum, id necessa-
rio concomitanter inferens, nego maiorem. Veritas determinata illius propositionis aut
constituitur per peccatum ipsum, aut in ipso fundatur, unde non est illativa illius
tamquam aliquid prius ipso peccato; erit consequens necessitas consequens, fundata in eo quod res,
dum est, necesse est esse; non vero erit fundata in aliquo ordine rationis prae-
cedente, sed infallibiliter, et inevitabiliter causet peccatum: et nullatenus ever-
tet libertatem ad peccatum, ad consequentiam dico, scientiam divinam, licet in ratio-
ne verbi dependentis non sit ab aliquo creato, tamen scientia illa pro priori
rationis praesupponit, vel iuxta aliquos Theologos scientiam, constitutive includit
veluti recto, vel in obliquo ipsam futuritionem peccati; unde peccatum quatenus
subest scientiae huic, non subest necessitati antecedenti.

Ad urgentiam consequentiae maiori;

no minus: ad praeteritionem non manus: ut enim scientia affirmativa peccati fu-
turi falsificetur, necessarium est, quod scientia, et negatio peccati futuri
coexistant: quicumque autem licet liber sit ad non peccandum, non tamen
liber est ad non peccandum conjungendo non peccatum cum scientia de peccato, sicut
quicumque liber, si detracturus esse; quod posse ad non peccatum potius
sunt ad peccatum, sunt Deo non daretur scientia peccati; unde quod, Deo talis
scientia datur, contingentiam et liberum dicit et quicumque quo non peccato talis
scientia non daretur. si vero [illegible] scientia quicumque non posset non peccare, Deus [illegible]
[illegible] non posset non peccare, [illegible] potentia consequentis, [illegible] potentia consequentiae, non consequentiae.

Objicies [illegible] futura contingentia nullum
detractum esse habent; siquidem non habent esse detractum in se; futurum enim non est futurum, non
existit; nec habent detractum esse in causis: quia causa non sunt detractae ad illud. A-
liter non esset futurum contingens; si autem nullum detractum esse habent: ergo nec propositiones circa
ea illa versantes habent detractam veritatem, aut falsitatem. Distinguo quod; nullum esse
detractum habent pro tempore pro quo praecedit ipsa propositio de futuro enunciata, concedo:
pro tempore importato per copulam talis propositionis non quod. vel pro praeteritionis similiter
ter distinguendo est. 1a parte concedo; quia causa peccati propriori ad peccare non est
detracta eodem modo vel contingenti dicto, negando est ultima consequentia. Doctrina patet in pro-
positionibus de praeterito: quia sicut propositio de praeterito ut modo sit ve-
ra non requirit, quod pro tempore, quo ipsa existit, existat (physice saltem, habe-
at quod esse physicum detractum) ejus objectum; sed sufficit, quod tale esse detractum physice et
subjective habuerit pro tempore importato per copulam: ita similiter ut propo-
sitio de futuro, modo vera sit, non requirit physicam coexistentiam sui cum objecto; sed
sufficit, quod objectum physice existiturum sit pro tempore importato per copulam.

Sed nota, quod
licet physice subjective objectum illud non coexistat propositioni; at logice objecti-
ve detractum est illud objectum; quia modo de praesenti; vera est propositio de futu-

vero: unde loqua obiectiva, veritas sui cum obiecto dari debet. quaerendum hic superest verat q aliqua propositio possit esse simul vera, et falsa? pro negativa communis est. respondeo est sententia cum Eximio doctore disputatione metaphysica sectione 1ª numero 23: si enim aliqua propositio vera simul et falsa esset, eius contradictoria, vel esset vera, et sic duae contradictoriae essent simul verae, vel falsa esset, et sic duae contradictoriae simul falsae essent, quod utrumque est impossibile. Aliqui tamen aliter contra nostram sententiam videatur Pater Arriaga libro decimo tractatu 2º capite 4, ubi fuse exponit sophismata quaedam inexplicabilia, et mirabilia ut vocat, quorum solutiones per otium apud ipsum videte; nobis enim otium non licet. caput 2 de discursu mentali. sectio 1ª quid sit? et aliqua circa ipsum dubia resolvuntur.

Cap. 2.us

De discursu mentali.

Sectio 1.a

Quid sit, et aliqua circa ipsum dubia resolvuntur.

Aliqua circa nostrum discursum diximus in Summulis, alia hic addenda, futurus est vera, proprietates effectus est discursus elucidanda. Discursus mentalis est progressio mentis ab una veritate enunciata ad aliam enunciatam ex illatione praecedentis. Quaeritur 1º, an discursus sit operatio intellectus specie diversa ab apprehensione, et iudicio? merito miratur Pater Quiros difficultatem praetermittit a pluribus; plus est minus nobis est, quod communiter, verbis licet non expressis, quasi solum accidentaliter diversa, a iudicio, et apprehensione a nobis supponatur. Respondeo primo est, esse tertiam mentis nostrae operationem in specie distinctam, ab apprehensione et iudicio.

Probatur 1° ex divisione ab omnibus admissa intellectualis operationis humanae in apprehensionem judicium et discursum; si enim discursus non esset tertia species operationis essentialiter diversa a reliquis recta non esset, immo divisio esset enim redundans, et altera incorrecta limitanda est seu restringenda ad duas species apprehensionis scilicet et judicium, sicut recte dividitur actus solum in rationale et irrationale; nulli enim addidit tertium hunc membrum irrisibile vel sensibile, quia risibile non est differentia essentialis animalis; at quis unquam illam divisionem tenendam, at ab omnibus admittitur: ergo. 2° probatur eodem modo, quo omnes probant judicium esse intellectus operationem essentialiter diversam ab apprehensione: sicut enim nobiscum asserunt judicium non esse aggregatum duarum, trium vel apprehensionum: quia scilicet possunt simul esse intellectu duo, tres vel apprehensiones, quin sit judicium, dicimus modo discursum non esse aggregatum duorum, triumve judiciorum, quia scilicet possunt esse simul intellectu duo tria vel judicia, quin sit discursus: ergo.

Probatur ergo judicia ista, omnis homo est animal, Petrus est animal, Petrus est homo possunt simul, et (si velis) successive haberi quin ex uno ad aliud habendum detrahatur intellectus; sed dum ex uno ad aliud intellectus non detrahatur non stat judicium: ergo. Dices, discursum non stare in aggregato trium duorum vel judiciorum utcumque, sed aggregato judiciorum ex quibus unum habeatur ex detractione alterius: discursus enim non dicit unum judicium seu cognitionem unam post aliam, sed cognitionem unam ex alia, sed contra est: quia stat etiam detrahi intellectus ad judicium aliquod habendum ex detractione alterius, saepe enim accidit ut ex cognitione Petri detrahatur intellectus ad cognitionem Pauli, similis visio enim Petri recordor Pauli similis et tamen adhuc non stat discursus: ergo.

Dices iterum discursum non dicere detractionem ad unam veritatem ex alia materialem seu accidentaliter talem, sed formalem detractionem ex una ad aliam veritatem bene quidem, sed haec formalis detractio non bene explicatur, nisi dicatur illa specialis modo proprio discursus ut talis ... ... esse tertiae operationis ab aliis realiter distincta discursus constituat, et hic probatur duo: quia ideo judicium non est aggregatum apprehensionum, quia intellectus per judicium diverso modo tendit essentialiter potius ac in apprehensionem, at ...

similiter, illus per discursum diverso modo redditur essentialiter, ob[iec]tum aliud per judicium quam discursus non est aggregatum judiciorum. Probatur 2°: quia si discursus esset aggregatum trium judiciorum, discursus hic, omnis homo est animal, Petrus est homo: ergo Petrus est animal, non esset per se bonus, sed per accidens et casualiter; sed absurdum est dicere discursum illum non esse per se bonum: ergo. Maior patet: nam tertium judicium per accidens esset 3um, ergo si posset esset primum; sed si primum esset discursus non esset bonus, ut patet: ergo.

